



Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

Sectio I. Expressio Christi ænigmatica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79561)

LIBER PRIMVS.

Christus, Enigma diuinum, quàm malè à Sectarijs veteribus iuxta ac nouis enodatum.

SECTIO I.

Expressio Christi enigmatica.

In veteri argumento, noua saltem ratione versetur, aliam inibimus viam, quam cui suae Scholastici siue alij qui de Christo scripserunt, hactenus instituerunt. Neque enim vel nuda disquisitione scholasticam minutiloquio & contentione accommodata, vel superficiali aliorum qui sacris suggestis seruiunt, de Christo commentatione, contenti erimus. Nimirum prior, ieiuna nimium & arida, penè dixi horrida est: posterior, plerumque euanida, & vulgo moralium quàm eruditius conuenientior. Quare quod in utraque optimum videbitur sublegentes, & intermiscuentes, Christum considerabimus vt ænigma sacrum à Deo propositum, quod primum exhibebimus cum omni ea tenebrositate & caligine, quam illi formam ostendit, Scripturarum oraculis & SS. Patrum testimonio docemur. Tanti variis illegitimis eius enodationibus referendis, solideque reuellendis operam nauimus; subiicientes ad extremum, & Scholastica accoratione petrafractantes eam enodationem quæ cum fidei sacris & reuelationis amplexu consentit. Quæ in tractatione, internas Christi causas ad eius essentiam pertinentes constituemus, & exponemus: eamque expositionem, subiectis plerisque sacris emblematis veluilectis à Scripturarum hortu decerpitis, amoenabimus. Inde ad externas existentie Christi causas, diuinam scilicet in eius productione consilium, & moralem ac physicam eiusdem productionis efficientem causam progrediemur, variis sacris emblematis eodem pertinentibus non prætermittis. Subiungemus postea, naturæ & gratiæ concursum, ad compositum sic productum, quantum per diuinæ sapientie regulas decuit, honestandum. Tandem concludemus tractationem vniuersam, enumeratione & expensione Christi attributorum, siue numerum, ac titulorum Christo conuenientium vi vniuersæ naturarum & consequenti ad eam perfectionum. Si cui hæc tractationis de Christo ratio admissis ænigmatibus, vilior aut spinosior appareat; audiat respondentem Guericum serm. 5. de Natiuitate Domini, sub fine. [Sicut mater Maria, quibusdam alluente pannorum involuit infantem, sic mater gratia dispensationis speciebus, rerum eiusdem sacri corporis, nobis obteggit veritatem; sic etiam mater sapientia ænigmatibus & figuris arcanam diuini Verbi contegit maiestatem, quatenus & ibi simplicitas fidei, & hic exercitium studij, meritum sibi cumulet ad salutem. Nam & ego, cum vobis veritatem quæ Christus est, verbis meis enantiis, quid aliud quàm Christum pannis sacris vilibus involuo. Beatus tamen, cui nec in pannis istis Christus est vilior, nec merces pretiosæ prudenter vilescit, propter veteres quibus amicitur sacculos. Christus planè est quæ vobis tradere cupio qualibet cumque sermonibus nostris, vt iuxta sermonem Petri Apostoli sanctificetis eum in cordibus vestris. Suscipite in mansuetudine institum verbum quod potest saluare animas vestras, & verbum Christi abundanter habiteet in vobis, amor scilicet & memoria Verbi Incarnati, quatenus ita feliciter quàm fideliter decanteris, *Verbum caro factum est & habitauit in nobis.*] Hic nobis quod corpus in huius de Christo ænigmatibus, tanquàm viliis pannorum & obsoletorum tegumentorum pro-

2. **E**t ænigma iuxta D. Augustinum 15. Trinit. c. 9. [Quæuis similitudo, dummodò obscura, & ad perspicendum difficilis.] Nam vt mox addit, [nomen alicubi non sonaret ænigmatibus, si esset facilis visio- nis.] Concinit ænigmatibus descriptio tradita à Cassiodoro libro de schematibus & tropis, ex Sacerdote, quem non Bedam, vt mentitur titulus sed alium esse, necesse est fateri, cum fuerit Cassiodorus, non exiguo interuallo, Beda antiquior. Ex proposita porro ænigmatibus notione patet, quid de Christo exhibendum proponam; nempe imaginem aut similitudinem quamdam eius, non ramen qualemcumque, sed caliginè offusam, nec ita facile perspicendam. Imaginem porro cum dico, olim picturam quampiam, aut expressionem adhibito penicillo factam concipias: sed quod de prophetia, quæ & ipsa ænigmatibus annueratur, d. c. sapien- ter est à S. Gregorio l. 2. 2. moral. c. 2. 1. illam non semper verbis sed aliquando etiam rebus exhiberi: hoc de imagine & similitudine proposita intelligas velim: esse scilicet realem imaginem, ex substantiarum diuersissimarum adunatione coagmentatam, tantisque ob- scurè tenebris, vt quid sit, lusciosis oculis nostris inno- rescere satis non possit.

CAPVT I.

Ænigma diuinitus propositum, VERBUM CARO, seu DEVS HOMO.

In vso olim sapientum fuisse si dixerò, ænigmatibus struendis ac dissoluendis ingenium exercere, rem perurgatam protulero. Salo non iuxta Siracidem cap. 47. *Impletus est quasi flumen sapientia; reuexit terram anima eius, & repleuit in comparationibus ænigmatum.* Emulatos hoc studium, non modò Hiramum Tyrii Salomonis æqualem, & in ænigmatibus antagonisten auctore Iosepho lib. 1. contra Appionem; itemque Regi- nam Saba quæ 3. Reg. 10. *venit tentare Salomonem in ænigmatibus*, sed etiam vulgò & passim Hebræos ab inerte ætate, Eusebius auctor est 11. præpar. c. 3. Inter Græcos quoque, Pythagoram referente in eius vita Iamblico ac Porphyrio lib. 1. historie philosophicæ, nec non Cleobulum Lyadium è septem Græciæ sapi- entibus vnum, ipsumque Platonem auctore Synesio initio libri de insomniis, concinnatione ænigmatum delectatos constat. [Aristotelem, diligentissimè Pythagoræ ænigmata in suis libris esse persecutum,] nota- rit S. Hieronymus lib. 3. apolog. aduersus Rusticum cap. 10. Apud antiquos Philosophos, plena ænigmatum fuisse omnia, monstrari adductis aliis in Morali Di- stinct. 1. c. 4. artic. 5. inuio. Sed omnium maxime Egyp- tiorum id in studium incubuere, vt Plutarchus prodidit lib. de Iside, & S. Cyrillus lib. 9. in Iulian. ad text. 2. ac Clemens Alexandrinus lib. 5. Strom. quo propè toto, de ænigmatibus antiquis acuat quàmplurima.

Deus ænigmatistes, in natura & gratiæ ordine.

4. Illud expensione dignius: Deum ipsum, & qua-
A 4 tenus

tenus naturæ & quatenus gratiæ auctorem, ænigmati opificem iam olim audisse. Mundus sanè, ænigma quoddam est diuinum. Est enim *Dei poema*, vt scite de more dixit Philo l. quod deterius potiori infidetur, *Dei poeticam* potentiam vniuersi fabricatricem describens. At ænigma, præcis idipsum fuisse quod poema, & poetam eundem cum ænigmatistæ, mox dicam. Quid quod disertè Paulus, nos nunc per mundum & mundanam supellestem cōtuentes Deum, ait videre in ænigmatæ? Est itaque mundus, ænigma dei. Transcendendo verò naturæ ordinem, & doctrinæ reuelatæ seriem considerando, comperimus vniuersam propè scripturam diuinitus inspiratam, ænigmati constare, quod his verbis prodidit Clem. Alexandr. præfatus idcirco *Ægyptios* in sacris sphyngas ponere, quod omnis de Deo oratio sit ænigmatica. [Longum fuerit omnia persequi prophetica & legalia, ea afferendo quæ dicta sunt per ænigmata. Ferè enim vniuersa hoc modo loquitur diuina scriptura.] Origenes homil. 13. in num. sic scribit in eandem sententiam. [Ænigma dicitur sermo figuratus. Ænigmatistæ ergo dicuntur, qui figuratè loquuntur. Et quis est alius, qui in figuris locutus sit, nisi lex & Propheta? Audi enim quomodo dauid dicit, *aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio sæculi*. Sed & Esaias, quod ænigmata sint quæ scripsit, hoc modo declarat: *Et erunt, inquit, verba libri huius sicut verba libri signati, quæ si dederint in manus hominis nescientis litteras, & dixerint eis lege, dicet non noui litteras. Si autem dederint scienti litteras, dicet non possum legere, signatus est enim*. Signatus autem dicitur liber, pro eo quod figuris perplexus est & ænigmatibus involutus.

5. Prænerat & Clementi & Origeni, S. Irenæus l. 4. c. 43. quo loco [omnem prophetiam priusquam habeat effectum, ænigma hominibus esse,] confirmat: eaque ratione, Christum Dominum, sub nomine regni cælorum quo non infrequenter donatur, censet appellatum, *thesaurum absconditum in agro*. Thesaurum quidem, ob pretiositatem & excellentiam. Absconditum verò, quia in tota veteri scriptura per typos & ænigmata est præsignificatus. In quam rem plurima disputat Rupertus l. 3. de victor. verbi Dei c. 26. & 27. Eodem præterea refert S. Irenæus, locum ex Danielis 12. quem ex veteri interpretatione sic allegat. *Muni sermones, & signa librum, usque ad tempus consummationis, quoadusque discant multi, & impleatur agnitio*. Nostra editio eum locum sic expressit. *Claude sermones & signa librum, usque ad tempus statutum; Plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia*. Sensus eodè recidit, tametsi extrema verborum facies, multiplex videtur. Significat igitur Propheta, sermones diuinitus inspiratos quos promebat, obfignatos & clausos fore, vique dum plenitudo temporis per Christum aduenisset. Interim verò, sermonum illorum quippe perdifficiliū valdeque implexorum, multiplicem omnino interpretationem fore proferendā. Multos enim multa dicturos, donec illucescente per Christum die, & iudante scientia, sicut exundat Tigris in diebus novorum, ignoratio illa & obscuritas ænigmatum Christum præsignantium, depelleretur: quod Christi aduentu factum, infra gratulabimur cum auctore libri de oper. Christi Card. ferm. de Natin. Christi admonente, non amplius in manibus Prophetarum involui similitudines & ænigmata; misso in mundum Christo qui illis ambiguitatibus præsignabatur. Et non erant quidem omnia Prophetarum dicta, propriè & simpliciter ænigmata, quod Tertullianus pulchrè demonstrat lib. de resurr. carnis c. 20. quia nonnulla concipiebantur absque figuris & imaginibus implexis. Eatenus tamen omnia haberi tunc poterant ænigmatica, quatenus non patebant; & magnam partem erant etiam simpliciter ænigmata, & obscuræ imagines præsignificantes Chri-

stum: ita vt non sola cantica canticorum dici possint ænigmata, cum S. Augustino lib. de pastor. c. 15. sed. & propè vniuersa vetus scriptura, ob eam Christi per implexas imagines & obscuras similitudines præsignificationem.

Christus, ænigma diuinum.

6. Erro qui Christum ænigmatibus præcis præsignatum duntaxat dicam, cum fuisse Christum ænigma diuinum, inter ænigmata varia à Deo proposita præstantissimum, dicere oportuisset. Sanè præcis poema idipsum fuisse quod ænigma, & Poetas idipsum quod ænigmatistas, S. Augustinus auctor q. 45. in Num. vbi exponens illud ex cap. 21. iuxta 70. *Propterea dicent ænigmatistæ, venite in Hesebon*, sic scribit. [Qui sunt ænigmatistæ idè non apparet, quia non sunt in consuetudine literaturæ nostræ, neque in ipsis diuinis scripturis ferè alio loco reperitur hoc nomen, sed quia videtur quasi canticum dicere quo cecinerunt bellum inter Amoræos & Moabitas gestis, in quo Seon Rex Amoræorum Moabitas superauit, non incredibiliter putantur isti ænigmatistæ, sic tunc appellati, quos Poetas nos appellamus, id quod Poetarum sit consuetudo atque licentia miscere carminibus suis ænigmata fabularum, quibus aliquid significare intelligantur. Non enim aliter essent ænigmata, nisi illic esset tropica locutio, qua discussa perueniretur ad intellectum qui in ænigmatæ latitat.] En igitur Poetam ænigmatistam, & carnem ænigma. At Christus, interprete Eusebio l. 1. de demonst. c. 10. est canticum novum & carmen diuinum, immissum in os sublatorum de lacu miseriæ & de luto fœcis, ac statutorum supra petram. Quare dicendus verissimè est, *ænigma novum*: & hoc ipso nomine eum appellauit S. Cyrillus illis passim iactatis de Christo verbis. [Sacratissimum ænigma, summa potius veneratione suscipiendum, quàm humani iudicii trutinæ subiiciendum.] Quæ tamen verba apud S. Cyrillum adhuc quæro.

7. Ipsemet Christus apud Psaltem psal. 68. factum se dicit *parabolam*. Hoc quid sit scrutantibus, nihil occurrer aptius, quàm Christum factum esse ænigma: Disserit plenè de notione parabole in scripturis & parabolam sonare obscurum ænigma docet Antonius Guenara in c. 2. Abacuc ad illud, *parabolam sument, & loquelam ænigmatum eius*. Et latè ante eum D. Augustinus ad illud psal. 48. *Inclinabo in parabolam aurem meam*. Vbi etiam S. Chrysostomus, præter alias complures notiones quas vocat *parabola* subiicit, hanc quoque profert. [Est (inquit) etiam parabola, oratio ænigmatica, quam multi dicunt quæstionem, quæ aliud quidem significat, sed id non est apertum statim ex ipsis verbis, sed habet sensum intrinsecum latentem, cuiusmodi erat ea quam dicebat Sanson: *Egressus est à comedente cibum, & à forti dulcor*. Dicitur etiam Salomon intellexisse parabolam, & obscurum sermonem.] Eadem ac multo fufius habet S. Ambrosius ad illud psal. 43. *Posuisti nos similitudinum genibus*, aut vt ipse legit, *parabolam*. Optimeque confirmatur ea vsurpatio parabole pro ænigmatæ, ex eo quod Hebr. 11. Isaac dicitur acceptus à patre Abrahamo in parabolam, hoc est in ænigma. Fuit enim verè ænigma, quod è filio vnicò ante susceptum prolem maclato, & Deo in sacrificium oblato, succretura esset progenies æquans numero arenam maris, & stellas cæli. Sic igitur Christus, proficitur factum se esse in parabolam, hoc est in ænigma.

Nec obstat huic interpretationi, quod S. Ambrosius loco allegato ait; [Quid est, factum sum illis in parabolam, nisi quia finis legis est Christus, & mors ei? soluit ænigmata Prophetarum, eaque quæ ante Iudeis erant incognita cum prophetarentur, postea manifesta sunt Dominicæ passionis effectui?] Hoc inquam non

dam utriusque illius affectionis temperamentum sortito; ut neque hominis parte viveret, neque Dei, sed semper nasceretur. Erat ea expressio dormientis hominis ac somno sopiti. Theodectem Phaseli in Oedipo fabula, diem ac noctem hoc adumbrasse ferunt ænigmati. Duæ sunt sorores, quarum una pariter alteram, & ipsa quæ genita est, rursus ab altera gignitur. Enigma de Gige, qui ad libitum visibilis & invisibilis erat, S. Ambrosius l. 3. de offic. c. 5. exponit de sapiente: qui vel si latens peccare possit & regnum parare, malit tamen scelere abstinere. Magorum hoc ænigma, referunt Platonici. Est res vndique lucida, est res vndique obscura, est partim lucida, partim obscura. Quod in ordine corporum, de stella qualibet supra lunam, deque ipsa Luna & aëre, interpretantur. Nam aër ex se tenebrosissimus est: stellæ luna superiores, lucidissimæ: media luna, caliginis & lucis est participes in ordine spirituum, hoc ipsum ita distinguunt iidem Platonici. Deus lucidissimus est, spiritus iumentorum tenebrosissimus, spiritus hominis medius, luce ac tenebris participat. Oedipi est illud ænigma act. 1. Thebaid. quo incestas nuptias, erroresque suos describit. [Aui gener patrisque ritualis sui.] Frater suorum liberum, & fratrum parens. [Vno avia parva liberos peperit viro, ac sibi nepotes.] In Alexidis Phædro sic describitur amor ænigmatice referente Athenæo l. 1. 3. [Nec mas ille est, nec femina; Nec Deus, nec homo: nec fatuus, nec prudens sed cognatus ex omnibus: in vno exemplari multas ostendens species. Nam eius virilis est audacia, muliebris verò timiditas: amentia furiosa: ratio cordata: & circumspicienda; ferina vehementia: labor indomitus: ambitio prodigiosa & admiratione digna. Hæc per Iovem ac Mineram, qualia sint nescio.] Heracliti qui ab ænigmatum vberitate extenuis dictus est hoc præter cætera refertur ænigma à Luciano, dialogo cui titulus, *vitæ auctio*. [Eadem res, delectatio & tristitia: cognitio & ignorantia: magnum & parvum: sursum & deorsum: Homo, Deus mortalis: Deus, homo immortalis.] Cui plura ænigmata audire cordi fuerit, adeat Caelum Symphosium in syntagmate præcorum poematum, qui centum huiusmodi ænigmata vno falce collecta exhibet. Verum quid omnes hæc ambages ad mandandos ænigmatis profiti de Christo Gigante? Concurrunt in illud profectò omnes hæc implexitates & multo inexpedibiliores, quod sigillatim monstrandum recipio, si primum vocis invidiam absterfero.

Christus, haud absurdè Gigas dictus.

12. Nimirum indigna Christo videri potest Gigantis denominatio, iuxta illud S. Bernardi serm. 53. in Cant. [De propheta occurrit mihi, evidenter in spiritu prævidente & experimente Salvatoris aduentum. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquàm ponsus procedens de thalamo suo, exultavit ut gigas ad currendam viam: à summo caelo egressio eius, & occursum eius usque ad summum eius. Cursum & recursum is, notissimum est à quo; & ad quid initus consummationemque notissimum. Quid igitur? Pingemus nobis siue in psalmis ista legentes, siue in presenti cantico, virum gigantem, proceræ staturæ, absentis cuiuspiam mulierculæ amore captum, & dum properat ad cupitos amplexus, transilientem montes collesque hos, quos vidimus mole corporea super plana terræ tanta altitudine eminentes, ut & supra nubes aliqui illorum vetricem extulisse certantur? Verum non decet istiusmodi corporeas phantasias imaginari, præsertim tractantes hoc canticum spirituale, sed nec licet omnino nobis. Bene, non licet nobis, in corporeo illo & crasso sensu. At licebit, id nominis usurpando spiritualiter ac purè. Quia ratione præbit nobis in hæc Christi nomenclatione ipse S. Bernardus serm. de S. Iohanne Baptista initio, ubi sic de Christo loquitur. [Gigas est iste filius hominis, ce-

lum ei sedes est, terra scabellum pedum eius, & elevata est magnificentia eius super cælos.] Sonet sanè interdum Gigantis nomen, pessimè ac pernerissimè, quòdquidem si Origenem audimus homil. 7. in Numer. idipsum est Gigas, quod [adversarius Deo, & contrarius veritati.] Alias tamen nihil ei vocis subest retum, quod notavit S. Basilus in c. 3. Esaie ad illud, *auferet fortem, ipse legem, auferet gigantem*; additque. [Gigantis appellationem deprehendimus hic in bonam partem & ordinem cooperari: & sicubi inueniatur, in raro est visu, ut illud est: *exultavit ut gigas ad currendam viam*. Auferet igitur gigantem. Arbitramur eos gigantes dici, qui naturæ beneficio vnam aliquam obtinent prærogatiuam carnalis staturæ procerioris, aut certe antecellunt multis ad excipiendam scientiam, siue exercitium virtutis: hoc inquam, gigantes dici putamus. Præclaram illam Solis descriptionem Gigantis specie, quam psal. 18. exhibuit David, ipsi S. Basilio aptavit Nazianzenus orat. 20. num. 97. eum describens ut Gigantem, [cuius pulchritudo, virtus fuerit, magnitudo Theologia, cuius perpetua virtutis agitat per quotidianos ascensus ad Deum ferens potentia, doctrina semen ac distributio.] Scripserat ad Chosroem Persam Iustinianus, apposita de mote titulorum Chilliade, quæ suam potentiam ostendat. At Chosroës, ut eum factum comprimeret, & suas ipse quoque vires iactaret, multa paucis complexurus, *Gigantem se, Gigantum dixit*, ut memorat Menander Protektor. Ipsi Deo ob magnitudinem, fortitudinem, & æternitatem: Syri, nomen indidere *Gigantis seculorū*. Vnde Ecclesiastici 5. 1. ubi vulgata editio habet, *innocenti Dominū patris Domini mei*, Syrus interpres sic habet. *Orati & innocenti Patrem meū de excelso. Domine Gigas, & saluator, ne derelinquas me in die angustiarum.* Non igitur Gigantis appellatio semper accipitur in malam partem, nec quia aliquando male audit ea vox, existimandum est nulla ratione purgari posse, ut tunc valeat in Christum cadere. Sic absterfa vocis inuidia, Christum & Gigantis nomine iure donatum, & omnibus illis quæ superius proposita sunt pugnantiam attributorum implexissimis coniugationibus præditam, atque adeò verè ænigma fuisse, demonstrato.

Prior ratio denominandi Christum Gigantem, fortitudo.

13. Gigas sanè Christus, de multorum Patrum sententia à Davide dictus est psal. 18. ubi ad litteram de sole corporeo, mystice autem de sole spirituali qui Christus est, asseritur exultasse ut Gigantem ad currendam viam. Respexit Plates iuxta nonnullos, ad Christi fortitudinem verè Gigantem, indeque Gigantis appellatione Christum donauit. Est in ea sententia Iustinianus agens cum Tryphone, monstransque ex Scripturarum veterum depravatione, ortas esse plerasque Græcorum fabulas. [Cum Herculem inquit], illum validum per omnes terras circūdaunt, hunc quoque è Ioue, Alcmenaque genitum, & mortuum, in cælum ascendisse aiunt; nonne similiter intelligo imitamentum Scripturæ canentis de Christo, quod robustus ut gigas currat per viam suam. [Rursusque in Apolog. ad Anton.] Quia prophetam Elaiam audierunt promittentem partum Virginis, & sic editum ascensurum esse per seipsum in cælum, traxerūt hoc ad sumum Persæ. Sic illud in eisdem prophetis prædictum, robustus ut gigas ad currendum in viam, de Hercule acceperrunt, qui prævalidus totam terram perambulauerit. Vides iuxta Iustinianum, dici Christum à Palte, Gigantem, ob robur ac fortitudinem. Annuit S. Augustinus ad psal. illum 18. Nam in prima expositione, sic glossat ea verba, *exultavit ut gigas ad currendam viam* [exultavit sicut fortissimus, & cæteros homines incomparabili]

*Procede de thalamo tuo,
Gemina Gigas substantia.]*

Valde commendat hymnum illum à S. Ambrosio editum Celestinus Papa in Concilio Romano contra Nestorium, cuius fragmentum recitat Ambrosius l. 2. Confictus cum S. rapione, ante medium.

*Ad quas duas Gigantum naturas, proportionem
seruet Christi compactio.*

16. Hanc geminam substantiam, ratione cuius Christum à Plalte dictum Gigantem censet, non humanam & anguinam, qualem iuxta Mythologos retulimus, sed diuinam & humanam ex quibus Gigantes de vulgi olim sententia cōpacti haberentur, proponit S. Bruno l. de nouis Ecclesiæ c. 2. *Sub finem*. Vnde quia Gigantes existimabantur fuisse simul dii & homines; abstratur, Christum qui Deus simul ac homo est, Gigantis nomine à Plalte & alijs esse appellatum. Videri potest suffragari Venantius Fortunatus l. de paruo virginis. Sic enim scribit de Despara.

*Huc tanquam sponsus thalamo procedit ab alto,
Exultatque Gigas Christus, eundo viam*

*Quod Deus amplexus carnis est, caro sumēta cohesi;
Sic Deus, a quo homo fit, Christus virumque gen^o.*

En Christum virumque genus, diuinum & humanum, & ideo Gigantem. Idem inferius.

*Ei tamen est genitus, De^o atque homo, verus & vnus,
Spiritus atque caro, Christus virumque genus.*

His dixi, Venantium videri posse suffragari sententiam illi de gemina Christi gigantis substantia, quæ ex S. Brunone fuit proposita: Nimirum quod ea Gigantum substantia duplex, non humana & anguina esset, sed humana & diuina, qualis verè fuit duplex solius Christi natura, ita ut quod vulgus errore deceptum, fabulosè adscripsit Gigantibus, verè in Christo locum habuerit: scriptura autem quæ ad captum nostrum sese demittens, ne fabulas quidem Ethnicas memorare aliquando est designata, ut notauit Grego. Nyssenus homil. 9. in Cant. consentaneè ad eam vulgi Ethnicorum persuasionem, & ad eam alludens, Christum, quæ Deus simul & homo est, Gigantem dixerit.

17. Nihilominus huc respexisse Danidem, cum Christo Gigantis appellationem tribuit, difficile suauis est. Primum quia gigantes, habito simul Deos & homines, nemo antiquorum notauit. Gigantes enim, vel qui fabulosissimi esse vulerunt, monstruosos homines effinxerunt, pube tenus ferinos, quia tanquam muta pecora aut feræ, libidini & crudelitati mancipabantur: Nemo in eis aliquid supra homines, atque diuinum agnouit. Videtis copiosè de Gigantibus multa complexos, Hieronymum Magium lib. 1. Miscell. c. 4. Natalem Comitem lib. 6. Mythol. cap. 21. Pine-dam in c. 26. Iobi ad vers. 5. digressionem de Gigantibus. Deinde si ea nūcupatione Christo tribuenda, velimus à Plalte allusum ad Ethnicam fabulositatem de Gigantibus semideis & semi hominibus, videbimur Danidem Monophysitam facere. Nam Monophysitæ, ut testatur Anastasius c. 18. *ad d. 2. in initio*, Christum exhibebant ut semideum & semihominem: sicut Nestoriani apud S. Cyrillum episto. ad Monachos Ægypti num. 7. Christum [mediæ cuiusdam inter Deum & hominem naturæ stauerunt.] Vj igitur Plates, Gigantis nomen Christo tribuens, geminam Christi substantiam notare voluit, ut eam reuera notarunt D. Ambrosius & alij supra adducti, non est censendus allusisse ad Ethnicam persuasionem de Gigantibus semideis & semi hominibus, quam aliquando vigiuisse non constat; sed potius ad communem etiam si fabulosum de Gigantibus loquendi morem, tanquam de compactis ex humana & anguina natura. His quippe symbolis commodè adumbrari potuit Christi compactio ex natura

diuina & humanitate: Nam diuina natura, optimè exhiberi potest per symbolum naturæ rationalis, quia Deus, ut bene ait S. Gregorius 30. moral. c. 8. [est ratio rationabilium creaturarum.] Humanam autem naturam serpente adumbrari posse, vulgatissimum est apud Patres; siue serpente anemum num. 2. 1. & Ioan. 3. propositum, siue virgam Moysi, deiectione in terram, in serpente mutata interpretentur. Videndus S. Irenæus libr. 3. c. 29. S. Augustinus sermo. 101. de tempo. Eucher. homil. 3. de Pasche. Cyrillus libr. de Incarn. v. nig. c. 4 & libr. 2. de adorat. & libr. 4. pen-tabibli, *initio*, alijsque multi quos appendit Feijardentius ad citatum caput S. Irenæi.

Christus, Gigas biformis, ad medendum.

18. Satis de Christo Gigante, atque ad eam naturam biformi, persona vno. An huc respexit Philo ille Philolophus Iudæus, qui Mnasonem Apostolorum discipulum impugnans, vocauit eum *diapentagon*, id est biformem, à cultu vtriusque biformis Christi? Ita refert Anastasius Sinaita c. 14. *ad d. 2. in initio*, ex Ammonio Alexandrino. Planè tali Gigante, hoc est biformi medico qui nostris malis medelam faceret, opus habebat genus nostrum, Gigantem enim ad medendum malis, & releuandos calamitate oppressos percideri, consentaneum est scriptoris factis, in quibus Septuaginta diuino planè instinctu ex similitudine Hebræarum vocum Medicum & Gigantem signantium, adducti sunt, ut pro Gigante Medicum vertent, ut obseruauit D. Augustinus in psal. 87. ad illud *& medici suscitabuntur*. Græcè *Gigantes*, quasi qui fortes & validi sint ad medendum malis, ac eripiendum ab incommodis: vel etiam ad propugnandum, & præueniendum ne in ea incurrat. Quo sensu antiquus hymnus apud Clichtonæum 1. p. Elucidarij, cuius initium est, *su porta*, sic de Christo canit.

*Genus superni luminis,
Processit aula virginis,
Sponsus, redemptor, conditor,
Sua Gigas Ecclesia.*

Gigantem ibi, Clichtonæus exponit propugnatorem & Saluatorem, quem scripturæ aliquando medicum nominant: Vi sensus sit, quem admodum symbolice pi-cturæ SS. Christophori & Georgij; illum ut Gigantem, hunc ut equitem alacrem ad optulandum exhibent; sic Christum Ecclesiæ suæ alacrem & impigrum optulatorem factum, exulasse ad curendam redemptionis nostræ ærumnosam viam. In quam rem summa simul & fortitudo ne & infirmitas egnit, eoque omnium antichæorum concursu qui supra propositus est, ut infirmitas materiam medicinae suppeditaret: fortitudo autem efficacitatem conferret. De inauditis illis attributorum diuersissimorum in Christo pro duplici natura coniugationibus, dicendum sequitur.

Inde in eo, attributorum pugnantium syzygia.

19. Est Gigas Christus, altissimus idè ac potissimus, simulque depressissimus & infirmissimus. Altitudinè ac vim exhibeo ex rupto l. 3. de victor. verbi dei c. 15. [Omnipotens] inquit, sermo tuus Domine exiliis de cælo à regalibus sedibus, durus debellator, in mediam exterminij terræ pr. siluit, gladium acutus, in simulatū imperij tuum portans, & stans repleuit omnia morte, & usque ad calu attingebat stans in terra. Nonne magnū & fortem in his verbis gigantem agnoscis? gigantem illum, de quo Psalmista canit: exultauit ut gigas ad currendā viam, à summo cælo egressio eius? quis enim alius gigas per incarnationem de cælo descendit, & superato mortis imperio, cum victoria in cælum ascendit, quod Psalmista prophético spiritu cecinit, nisi omnipotens sermo tuus Domine, qui tunc de cælo à regalibus sedibus, diæus debellator prosiluit in terram, & usque ad cælum

lam percingebat. Quod Psalmista dixit de futuro propheta-
stas, *a iunco celo egressio eius; & occursum eius*, et praephe-
tiam illam *iuramentum eius*: Et quod sapiens ille dixit de prae-
terito memorans: exilium de celo ad regalibus sedibus
in terrâ profectus, & vique ad cœlum attingebat stans
in terra, cunctis vniuersi eiusdemque , qui & incarnatus
veniens erat in mundum; & nondum incarnatus ve-
nientius erat in mundum; & velocitatem pariter & magni-
tudinem super Ægyptum, velocitatem prædicant.]
talem gigantem, magnificè prædicant.]

titudine giganteam, magnitudine pre
 Altissimum hic & potentissimum Gigas, idem depreff
 fignis est & infirmiffimus. Spe & auit depreffionem alti
 tudinis tantam Origenes homines. 1. in Elaiam, decla
 rationis quomodo Christus fit signum illud ab ipso Dom
 ino datum in profundum inferi, & in excelsum
 supra Signum celo, terraque, & omnibus creatis prae
 cipientem, vt Richardus Victor. l. 1. de Emman. c. 9.
 optime ponderat. [Signum in profundum (ait S. Ire
 naeus l. i. c. 21.) in alio nec sperauit Virginem pragnan
 tem fieri posse quae erat virgo, & parere filiu, & hunc
 patrem. Deum esse nobilissim, & descendere in ea quae
 inter deorum teret, quatenus eum quae perierat.]
 In eandem sententiam S. Epiphanius in Ancorato ita
 disposuit, vt Christum esse finis signum in excelsum
 & in profundum, demonstret. [Dicitur est ab Acha
 s, tui tibi ipse signum in profundum aut in altum. Ille
 vero humiliter te gerens, non petim, neque ventabo Do
 minum. Deum meum, (inquit) reculas petere signum.
 Sciam autem eo quod non perierat ipse signum,
 duo laudat Deus, qui magna munera hominibus do
 nat. Ab alto, Verbum propria voluntate, & ipsius verbi
 propria voluntate mittens: a profundo vero, carnem
 propria bona voluntate cum ipso Verbo dispensans.]
 Helychus item orat. i. de Deip. agnoscit Christum esse
 finis finium & deorsum excelsum & imum. Hoc
 ipsum est, quod Galffius in cap. 2. Elaiæ, adducens
 cum de Christi humilitate, affirmat Christum esse val
 lem finis ac montem: Vallis immensè depressam,
 montem altissimum & sublimissimum.

10. Jam infirmitatem Giganteæ fortitudini adiun-
ctam, intelligere licet ex infantili teneritudine, cui in
hoc parvulo recens nato Iaias c.9. adungit excimiam
fortitudinis, vocans natum & parvulum, eundem-
que Deum fortem. Vox Hebræa fert *Gigantem*, ubi i bi
notat Iaias. Sed & ad fortitudinem in signum imbellis
ac teneri infantis pertinet, quod ibidem futuri seculi
pater dicitur, cuius principatus sit super eius hume-
ram. Videndus Cassianus cum locum excutiens l. 2.
de Iacobi. 3. Alius eiusdem Prophetæ locus ex cap. 2.
ad focatam in Chilo summam forisq. ni summam
infirmitatem pertinet, egregie ab eodem Cassiano
excutitur l. 5. operis citati capitem 5. *Qui sedit* (inquit
Iaias) *ad homine cum spiritu in viribus eius, quoniam*
excelsus repatus est ipse. Censet Cassianus, Prophe-
tam his verbis affari præcognitis tibi in spiritu Christi
Domini persectores, eoq.ue vrgere, vt desistant ne-
gorem facere illi, qui simul in firmisq. sit ac for-
tissimus. Nam infirmitatem, satis superque prodit vi-
dens a spiritu per naves efflato, quam facillimum sit
euenire interitui. Spiritu fortitudinē verò perpicere
ferunt verba illa, *quoniam excelsus repatus est ipse.*
Vixi locis ad Cassiano notatis, idem verbum primi-
genium, iainē redidit *altissimus*, quod altissimam est
significat excelsitati illi immensæ, (fortitudinem verò
de ætérno, cum non sit corporea excelsitas, sed exagge-
ratio & altitudo virtutis, quantum Iaias c.4.2. à ver-
ba l.3. magnificentiissime exhibet, descibens egressum
huius fortis, siue vt sonat vox Hebræa, Gigantis. Idē
ergo excelsissimus & depressissimus, idem fortissimus
& infirmissimus. ¶ Inuenimus virtutem *ISSVM* (ait
S. August. tract. l. 5. in Ioan.) & inuenimus infirmum
Iesum, fortem & infirmum. Fortem quia in principio
Tuerph. Raynandi Chrisfus.

erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat
verbum: hoc erat in principio apud Deum. Vis videre
quam ille filius Dei fortis sit? Omnia per ipsum facta
sunt, & sine ipso factum est nihil: & sine labore facta
sunt. Sed quid ergo illo fortius, per quem sine labore
facta sunt omnia? Infirmum vis nolle? Verbum caro
factum est, & habitauit in nobis. Fortitudo Christi
te creauit, infirmitas Christi te recreauit. Fortitudo
Christi fecit, vt quod non erat efflet: infirmitas Chri-
sti fecit, vt quod erat non periret. Condidit nos forti-
tudine sua, quæsiuit nos infirmitate sua.]

21. *Magnus idem ac parvus, & quidem magnus nimis, ac parvus nimis.* Egegie id tradit S. Augustinus in psal. 95, ad illud, *quoniam magnus Dominus.* Sic enim scribit. [Quis Dominus, nisi Iesus Christus, magnus & laudabilis nimis? Nostri certi quia homo apparuit, nobis certe quia in vtero Virginis cœcepit est, nobis quia ex vtero natus est, nobis quia lactatus est, quia in manibus portatus est, quia circumcitus est, quia hostia pro illo oblata est, quia crucient: postremo nobis quia expalmarus est, conspuus est, spinis coronatus, crucifixus, mortuus est, lancea percussus est: nobis quia hæc omnia passus est, magnus est & laudabilis nimis. Nolite cœmernere paruum, intelligite magnum. Paruus factus est, quia parui eratis. Intelligatur magnus, & in illo magni eritis. Sic enim adificatur domus, sic eriguntur moles in ipsa domo, crescent lapides qui ducuntur ad ædificium. Crescite ergo intelligite Christum magnum & paruum, magnus est, magnus nimis.] Ibi, (ait de Christo S. Bernardus serm. 2. super missus est.) agnoscitur longitudo brevis, latitudo angusta, altitudo subtilis, profunditas plana. Ibi agnoscitur lux non lucens, verbum infans, aqua sitiens, panis esuriens. Videas, si attendas, potentiam regi, sapientiam instrui, virtutem sustentari, Deum denique latentem, sed Angelos resistentem; Vagientem, sed miseris consolantem. Videas, si attendas, tristici lætitiarum, pauere fiduciam, salutem pati, vitam mori, fortitundine infirmari. Sed quod nō minus mirandum est, ipsa ibi cernitur tristitia lætificans, pavor cœquantem, passio saluans, mors viuificans, infirmitas roborans.]

Rythmicam expressionem huius loci S. Bernardi, inuat attexere ex Richardo à S. Laurentio lib. 4. de laud. Deipa. qui aliunde eam deprompsit. Sic habet.

Mira rebus conuersio.
 Longitudo brevis efficitur,
 Latitudo confreſcita cernitur,
 Compianatur profunditas,
 Altitudo demiffa ſubditur,
 Virtus tacet, poeſtus regitur,
 Infirmia mutat firmitas,
 Languet ſalus, paueſt fiducia,
 Sordet minor, plorat latitudo,
 Triſtaſtur conſolato,
 Diſciplinam ſubit prudencia,
 Viluſitati ſe ſubdit gloria,
 Eget paſſu reſectio,
 Inuenitur panis eſuriens,
 Aret ſiti, fons indeficiens,
 Liberis ingo premitur,
 Eſſe ſubit nunquam incipiens,
 Loco manet, locari reſiciens,
 Et via mortem patitur.
 Quis hoc vidit, quiſt iſud didicit,
 Quis hoc ſatis mirari ſufficit,
 Et quid eſt hoc miraculi?
 Quid hoc? Ipſe profectus deſicit,
 Imo ſuo deſectu reſicit,
 Deus deſectum ſaculi.]

22. *Visibilis idem & invisibilis*, ac quod S. Augustinus 15. Trinit. c.9. animaduertit, [grandius ænigma, ut non videamus, quod non videre nō possumus.] Nec
B mirum.

B

B mirum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mirum, cum duo in illo nectantur quorum alterum per se incurrit in oculos, alterum quantumvis perspicacem aciem effugit. Notavit id perpulchrè S. Epiphanius in Ancorato, recolens quæ præmiserat circa illud Christi dictum, *Pater meus & Pater vestrus, Deus meus & Deus vestrus*. [Rufus (inquit) dicemus multa de hoc, *Deus meus & Deus vestrus*: quum dixerimus iâ, ut quisque mente præditus cognoscat ex ipsa consequentia rectè dictum esse. *Et homo est, & quis cognosceat ipsum?* In eodem duo ostendit divina scriptura, visibile & inuisibile. Et propter visibile quidem, *Pater meus* dictum esse; ita ut neutra locutio aduerteretur Verbo. Quomodo enim, si erat homo, non cognoscebatur; Si verò non erat homo, quomodo homo dicitur? Quisquis enim ex hominibus nascitur, omnino ab hominibus cognoscitur, à genitrice, à cognatis, à familiaribus, à vicinis, à contubernaliis, aut concinibus, & impossibile est, hoc impleri, in nudo homine. Impletur autem in Deo Verbo ac filio Dei, in eo quod dicit, *homo est*, in veritate. Quis verò cognosceat ipsum, quoniam Deus est; eò quòd utramque naturam participat, ac homo simul & Deus est: ignotus hominibus propter incomprehensibilitatem; Homo verò notus hominibus, quia ex Virgine genitus.]

Est itaque Christus visibilis simul & inuisibilis, quia lucidus simul & tenebrosus: & quod in columna Hebræos ductante pro miraculo à rudibus est habitum, idem met est nubes obumbrans & ignis illuminans, sed hoc ut Aguilonius rectè statuit, l. optice, proposuit. 56. disp. unica naturaliter contingit in illa columna pro præsentia vel absentia Solis, ignem maiore sic splendore præstinguentis, aut non præstinguentis. In Christo omnia supra naturæ vim contigerunt. En quo patet S. Chrysostomus in psal. 96. eam columnam, splendorem simul ætnebricosam in Christo recognoscant; ad illud, *Nubes & caligo in circuitu eius*, quod sic expauit. [Nubes olim Hebræos ex Ægypto egredientes tegebat radiosque solis feruescentes obscurabat, illos autem suis splendoribus illustrabat. At si elatiorem nube videre vis, ascende in montem cum Petro, Ioanne, & Iacobo, videbisque illic nubem lucidam & vocem è nube venientem: *hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit*. Quid autem, est, *nubes & caligo in circuitu eius*? Aliud est nubes, aliud caligo. Nubes est tenuissimus aeris lucidi contextus, lucem aliquam de se emittens. Caligo verò, crassior est & nebulosa obtenebratio. Quomodo igitur nubes & caligo in circuitu eius: Prius ponitur nubes, postea caligo: ita in Christo primum est diuinitas postea humanitas. Nubem dicendo diuinam eius & Luculentam deitatis pulchritudinem insinuat; caliginis autem nomine humanum significatur integumentum. Hac enim caligine, Deus sermo viam suam occultauit. Audi & alio loco Prophetam dicentem: *Carbores succensi sunt ab eo: & inclinavit celos, & descendit, & caligo sub pedibus eius*. Pedes Dei dixit, ut viam eius super terram significaret. *Carbores succensi sunt ab eo, & inclinavit celos, & descendit, caligoque sub pedibus eius*. Occultauit enim viam suam tegumento carnis, ut ignota esset aduersarijs virtutibus multifaria (væ sapientiæ via.) Et inferius, querens quales tenebras posuerit Deus latibulum suum, respondet. [Planè corpus, quia tabernaculum corporis sui dicit tenebras. Id te sequens psalmi verbus doceat: nam postquam dixit, *& posuit tenebras latibulum suum*, adiecit dicens, *in circuitu eius tabernaculum eius*. Vidisti eius nubem, cognouisti eius caliginem & quid sit caligo. Nunc solve celebrem, & difficilis solutionis interpretationem, quæ à multis quidem affertur, à paucis autem rectè docetur. *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam*. Et posuit tenebras latibulum suum. Tenebras, dicit scriptura, vocauit Deus noctem. Nox eramus nos gentes, noctem induit Domi-

nus. Nostrum etiam tabernaculum portauit. Dies diei eructat verbum, pater filio, secundum quod lux est, & dies, Dominus. Tandemque post nonnulla [Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Nubes enim & caligo in circuitu eius. Dies ipse & nox: ipse enim Deus & homo. Dies secundum deitatem, & nox secundum humanitatem. Nam in cõparatione deitatis, nox est humanitas. Et hoc est quod ait, *posuit tenebras latibulum suum*. Tenebras enim vocauit noctem. *Nox nocti indicat scientiam*. Christus secundum humanitatem, nocti, omni terræ, hoc est omni humanitati, annunciat scientiam de Patre, & seipso, & Spiritu sancto.] Quod Christum, diem & noctem dixit Chrysostomus, affine est ei & quod tradit Anastasius Sinaita in Hexæmero, Christum ex tenebrosa humanitate & diuinitatis luce compactum, esse vespere & mane cuius meminit Moles initio Cosmopœiæ. Ad Christum quoque eadem ex causa Richardus Victorinus l. de Incarn. Verbi ad S. Bernardum, refert *Onus Duma* apud Elaiam; ubi refertur vox de Seir, *Custos quid de nocte? Custos quid de nocte?* Vox erat generis humani ad custodem hominum clamantis, pro densissima tamque diuturna caligine dispellenda cui responsum datur: *Veni mane & nox*, id est Christus. Itaque subiungit Propheta, *si queritis quare, conuertimini & venite*.

23. *Bus genitus, & natus*. Hoc est quod Sophronius in 6. Synodo actio 11. eundem Christum vocat *de seipso*, bis genitum & natum, ratione nimirum duplicis naturæ è qua coalescit, tametsi non ita ratione personæ. Audi S. Maximum homil. 1. de natali Dom. [Dnas in Christo generationes legimus, fratres charissimi: sed in utraque incomprehensæ diuinitatis est virtus. Ibi enim ex semetipso genuit Deus: hic cum Virgo Deo cooperante concepit. Ibi sine initio, hic sine exemplo. Ibi natus ut conderet vitâ, hic factus ut tolleret mortem. Ibi patri natus, hic hominibus procreatus. Illa natiuitate hominem fecit, hac generatione hominem liberauit. Utramque, fratres generationem eius, non posse enarrari, sententiæ hæc vna complectitur. Illa enim est ante hominem, hæc supra hominē. Illa inco-gitabilis, ista mirabilis. Cum autē duas Christi docemur natiuitates, non his asseritur Dei filius natus sed gemina in vna Dei filio confirmatur esse substantia. Ibi quod erat natus est, hic quod non erat, factus est. Ait de his beatus Euangelista Ioannes: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum & Deus erat verbum*. Et iterum. *Et verbum caro factum est*. Igitur Deus qui apud Deum erat, prodijt à Deo: & caro Dei, quæ in Deo non erat, processit ex femina. Ita verbū caro factū est: non ut Deus vacuaretur in hominem, sed ut, homo glorificaretur in Deum. Itaque nobis natus est Deus, sed ex duabus natiuitatibus id est, Dei & hominis, seipsū vnigenitus patris, atque in se se hominem vnum voluit esse Deum.]

24. *Genitus per genitam suam, pater per filiam*: quia factus ex muliere, quæ factorem agnoscebat illum, cui ipsa esse dedit. [Creator, (ait Encherius hom. 2. de natali Dom.) ex creatura sua nascitur, & fructum ventris sui mater incorrupta miratur, ac feminæ autoris sui autor efficitur.] Petrus Damiani sermo. de Epiph. [Sol de stella enituit, & factor Virginis, factus est in Virgine factura sua. Homo enim, qui factus est in ea, ipse fundauit eam Altissimus. Ortus est itaque sol de stella, sanitas ex ægritudine, ex morticinio vita, lux ex tenebris, dulcedo ex amaritudine, ex spina rosa, pater ex filia, Dominus ex ancilla, & de exiguo simulo fons aquæ salientis in vitam æternam.] Chrysologus serm. 156. suspicit quod Christo ex Maria ortū lumen te, orta sit origo rerum, generatus largitor generis, natus autor naturæ, & quidem ex illa ipsa natura creata cui principium dederat, & genus ac originem largitus erat. Gaufridus Vindocinensis serm. 8. [Nemo miuit,

maior, quod sponsum Mariæ, eius filium diximus. Nam pater & sponfus huius Virginis, est filius eius. Pater plane, quia ab ipso creata est: filius, quia natus est ex ea: sponfus, quia ei charitate coniuncta. [Basiliius Seleuc. orat. 3. agens de executione mysterij incarnationis. Tunc vidit creaturam, quod ante viderat nuntium: filium, genitricis esse Patrem; infantem, ætate quomodo; matrem superare.]

25. *Sæcæ, infans.* Origenes id in Christum cadere demonstrat homil. 1. in Ierem. exponens quid sit quod propheta in persona Christi ait, se nescire loqui. Sic ergo scribit. Saluator in magnificentia gloriæ Dei, & in patre constitutus, non loquitur humana, nescit affari in patre constitutus sunt. Quando autem venit in corpus humanum, dicit in exordio, nescio loqui, quia iuuenis ergo sum. Iuuenis propter dispensationem: senex iuxta hoc quod primogenitus omnis creaturæ. Iuuenis quia in consummatione iam saculorum, & in extremum huius vitæ tempus aduenit: dicit itaque nescio loqui, scio enim quædam maiora loqui, scio quædam ito Ierem. o ie mortali vix eloquenda terrestribus. Nec ergo ad summi humanam fragilitatem, habeo eloquium tuum, verbum sum, tibi scio loqui, hominibus nescio loqui, iuuenis sum. [Hoc pertinet, quod à Pilata sub finem Colompeæ, Christus nuncupatur,

Paucæ vetustis temporis, natus modo.

Basiliius Seleuc. orat. 3. eundem appellat, [infantem æternitate antiquiorum.] Venantius Fortunatus lib. 1. de partu Virg. agens de Deipara Christum gestante, ita habet.

Admirabile portans agnum, antiquumque Gigantem. Concinnissime in hanc rem differit Guericus serm. 1. de Natiuitate Domini in ipso initio.

25. *Mortalis & immortalis:* vel etiam *mors & vitæ*, ut innotat Clemens Alexandr. l. 5. Strom. cap. 5. Nam descripto mundo, tanquam paradiso illo in cuius medio sit lignum vitæ, id est providentia, vegetans & fouens omnia quæquævisum, subdit. [Qui quidem paradisi potest etiam esse mundus, in quo orat sunt omnia quæ processere ex creatione. In eo & Verbum floruit, & fructum tulit caro factum, & eos qui eius benignitatem gustant viuificant, quoniam nec absque ligno nobis venit in cognitionem. Superflua enim est vita nostra ad fidem nostram. Porro autem Salomon quoque rursus dicit. *Arbor est immortalitas ipsa qui ipsi apprehendunt.* Et ideo dicit. *Eccè do ante faciem suam, vitam & mortem.*] Non obscure his verbis Clemens, Christum vitam simul ac mortis nomine, designatum præfere. Et vitam quidem ipsemet Christus se proficitur. Mortis autem nomen haud absurde accommodatur homini, ob inge eius desoluium in continuam mortem, de qua latè in Morali distinct. 1. num. 260. Intrepide sanè Epictetus, parentes dixit generare mortes, (hoc est prolem non diu post morturam,) male æmulos æternitatis. Eandem mortis ac vitæ in Christo consociationem, tradidit egregiè D. Augustinus tract. 26. in Ioan. ad illud, qui credit in me, habet vitam æternam,

Resumitur radix sisygiarum propositarum, & quanta earum admirabilitas.

26. Cetera antitheta superius tacta, eiusdem cum illis sunt facinæ, & omnia in illa vix cogitabili, hominis ac Dei consociatione ad nobis medendum necessaria, radicantur. Quem enim hominem simul ac Deum dixeris, eundem pauperissimum simul ac ditissimum, liquidissimum ac tenebrosissimum, maximum & minimum, carnem ac spiritum, creatorem ac creaturam, necessariò admiseris. Hominis sanè nominis iuxta Aristotelem apud Stobæum sermo. 98. intelligendus est confusus indigentia ac miseriæ cuiuscunque. Vt propterea ad interrogationem illam, quid

Theoph. Rayn. Christus

est homo? Respondisse perhibeatur, paucis illis sed significantissimis, & quibus nihil ad summam calamitatem addere liceat; [Homo est imbecillitatis exemplum, temporis spoliū, fortunæ lusus, inconstantia imago, inuidia & calamitatis trutina; reliquum verò pituita & bilis.] Insignem planè expressionem miseriæ nomine *hominis* insinuat. legere licet apud D. Chrysostomum in illud plami 3. 8. *Sed & frustra conturbatur.* At è contrario, *Deus* nomen est totius beatitudinis, à quocunque defectu & egestate semotissimæ. Confecteria item diuinitatis communicatæ sunt diuitiæ gratiæ, & naturales prærogatiuæ ac dotes ætæniæ. Nam cuius erunt optima quæque, nisi eius cui tanta vnitate coniunctum fuerit Dei Verbum? Itaque omnis illa attributorum pugnantium congeries quam supra vidimus in Christum gigantem cadere, in gemina eius substantia diuina & humana radicatur. Nec aliter statuendum est, de permixtis alijs contradictoriorum sisygijs, quas Christo tribuunt S. Bonau. collat. 1. & Abulen. parad. 2. 3. & 4.

Mirati sunt hæc in Christo antitheta sancti antiqui omnes, Regem seculorum, immortalem, & inuisibilem solum Deum, (ponte sua ad tantam abiectionem diuino statui oppositam deiciendum, prænoscentes affante diuino spiritu. Mirata supra cæteros est, ipsa Deipara, quam conferentem in corde suo æternum Christi ex suis visceribus recens fusi, statum, cum temporali quem per nouam generationem fortiebatur, sancto stupore defixam exhibet Euangelista. Nec aliter eam considerauit autor perantiquus sermonis de Natiuitate Domini. Dom. apud Cyprianum, & autor sermonis de Purificatione apud Ambrosium tomo 5. qui sic illam affatur. [Quis putas nobis posse indicare huiusmodi obsequia, anima tui sensum, o beatissima Virgo, cum hinc cerneret ex te natum tantillum infantem: illinc attenderes Dominum immensum! Hinc Creatum, illinc Creatorem? Hinc infimum, illinc fortissimum? Hinc alendum, illinc alentem! Hinc non loquentem, illinc Angelos docentem! Quis, inquam, tui peccatis arcana nobis referere valeat! Quibus modis cogitatum ad vtraque flecebas: cum vnum, eundemque Dei, atque hominis filium, manibus tenens, hinc adorares vt Dominum, illinc osculareris vt parvulum! Quis ad tam mirabile miraculum non obstupescat! Quis non penè elinguis fiat! Generat suum puella, & omnium Creatorem: nutrit suum & omnium nutritorem: portat ad templum, suum & omnium rectorem. O admirandum spectaculum, ad quod non solum humana, verumetiam & Angelica stupefecit natura. Ad hoc Fratres, fidei oculos erigite: Ad hoc pietatis affectu conuenite. Ibi Christum suscipite pro vobis in carne humiliatum, sed Adorate in sua diuinitate Dominum excelsum. Amplectimini parvulum, sed cogitate immensum. Amate humiliatum, sed timete excelsum.]

Concluditur, Christum esse enigma diuinum.

27. Verè ergo constitutum est, Christum esse ænigma: & iure S. Epiphanius hæresi 29. initio, dixit, [Christum omnia impleuisse per ænigmata.] Nec refragatur S. Athanasius orat. 2. contra Arrianos cum ait, quod in principio fuerit Verbum, & deinde caro sit factum, [non esse ænigma, sed mysterium diuinum.] Aliter quippe vsurpauit eo loco *ænigmatis* nomen S. Athanasius, quàm hoc loco vsurpemus. Alludit enim ad fabulamenta variorum hæreticorum, præsertimque Valentinianorum ac Gnosticorum, qui vt est apud S. Irenæum ac Tertullianum, ænigmatibus implexorum fabulamentorum inuoluebant omnia ad Deum & Christum attinentia, eaque obtudebant per obscura commenta, quibus nihil solidi ac vere suberat. Non ita se habere Sacramentum Christi, sed omnia quæ de eo produntur in sacris literis, quamvis ardua & luscio-

sis nostris intellectibus imperita, esse mysteria, difficilia quidem & abdita, sed tamen vera, affirmat S. Athanasius: & hoc est quod negat Sacramentū Verbi incarnati esse ænigma; nempe eiusmodi, ut ænigmatibus Gnosticorum ac similium annumerari debeat. Dicit etiam possit, allusum ab eo ad ænigmata Pythagoræorum & aliorum Ethnicorum, qui res perspicuas consilio tenebant, ita ut quamvis ex se essent faciles, tamen spectatis ambagibus quibus obducebantur, essent ænigmata. Non est autem tale ænigma, Christus Dominus.

Vsus doctrinae, toto capite proposita.

28. Vsum doctrinae de Christo ænigmati, quatenus ea voce significatur obscuritas huius mysterij, exhibebo in calce sequentis capituli. Interim insuper considerandum, quanto nos Deus honore affecerit, cum hoc suum arcanum non alijs ante nos, sed primum nobis commisit [Nam nos quoque (inquit S. Chrysostomus homil. 7. in 1. ad Corinth.) eis quos fecerimus amicos, hoc dicimus esse indicium nostrae erga eos amicitiae, quod nemini priusquam ipsis dicamus arcana.] Inferit indidem continenter S. Chrysostomus, quando cum delectu & temperatione agendum sit de hoc mysterio, quamque hallucinentur qui traducunt praedicationem, omnibus remeare & indiscriminatum enunciant tale arcanum, vereque divinum ænigma, sanctas Margaritas projicientes canibus, & superfluis circa hoc mysterium rationibus videntes, cum mysterium non egeat confirmatione, sed duntaxat opus sit annunciar quoddam est. Nam non est mysterium divinum & integrum quando à seipso aliquid addideris.] Haecenus Chrysostomi ratiocinatio, eius ferè verbis expressa, qua non avertatur illustrationes qualescunque nostras, per Theologicam intellectus negotiationem circa hoc mysterium: sed duntaxat superfluas verborum profusiones, è mero naturali lumine, quales nonnulli recente memoria frustra contulerunt, ut hoc mysterium humanis tatiunculis comprobarent. Quod item studium, circa hoc & alia Christiana mysteria, minus feliciter cessit Raymundo Sebundo, in opere ceteroqui subtili, de naturali Theologia.

CAPUT II.

Ænigmati propositi, inexpeditilitas & tenebrositas summa.

IN praemissa ænigmati nostri expressione, vel potius aliquali delineatione, gryphos vides & nodos inexpeditiles ac caliginem, quam nullus orationum & ratiocinationum humanarum splendor pervincat. Hanc caliginem, quippe ænigmati internam, subire primum & considerare placet: Tum eius discussionem tentare. In primis ergo Patres, summam huius mysterij caliginem passim agnoscunt. Signo nonnullos è praecipuis, cum Graecorum, tum Latinorum, praeter plerosque ex quibus latè in hanc rem differit Paulinus Aquileiensis, initio libri tertij contra Felicem Vrsellitanum, Auspicor à Graecis.

Judicium Graecorum Patrum, de caligine summa ænigmati propositi.

29. S. Dionysius episto. 3. hoc mysterium & priusquam executioni mandaretur, & postquam mandatum est, maxima semper obscuritate obseptum pronunciat. Itaque cum praemisisset, Deum esse ex se abditissimum: ad id idemque per Incarnationem videri posse factum perspicuum; subdit, nequaquam ita esse. Mysterium enim Incarnationis semper esse mysterium,

semper adytum & imperitum nobis, etiam postquam factum est. Glossa Pachymere in eam epistolam, insignis est ad hoc institutum. Idem sanctus Pater lib. de div. nom. cap. 2. parte 1. ad finem, multa praefatus de divina caligine, haec subdit de Christo. [Imo quod Theologia totius vel evidentissimum est, ipsa Iesu in carne apparitio & ineffabilis est sermone omni, & omni ignota intelligentia: ipsi quoque antiquissimorum Angelorum primati non cognita.] Scire hanc tenebrositatem summam, ait esse evidentissimam.

Et inferius parte 2. agens de hoc mysterio. [Propitia sunt igitur, quae sensum omnem & sermonem superantia, laudantur à nobis. In his quoque illius excellens ac supersubstantiale eminet, non modo qua parte immutabiliter nobis atque inconfuse communicavit, nihil in exuberanti sua plenitudine & ineffabili exanatione percellit: verum quia quod est novitatum omnium supereminens novitas, in naturalibus nostris supra naturam erat, in his quae sunt nostrae substantiae supersubstantialis, nostra omnia ex nobis & supra nos excellenter habens.] Haec, quanta obscuritas? Si quod S. Dionysio tribuit Richardus Victorinus l. de Incarn. ad S. Bernardum c. 13. tractans illud, venit mane, constaret verè esse Dionysij, haberet hic locum suum. Affirmat ergo Richardus, sciscitanti Apostolo quis esset ignotus Deus quem Athenienses colebant, respondisse Dionysium. [Verus Deus & verus homo, & ipse renovaturus est mundum.] Quod enim verus ille homo simul & Deus, cognominatus esset ignotus, non parum ad rem praesentem faceret. Verum vnde narrationem illam habuerit Richardus, me later, suntque aliae illius cognominatiois causae complures, memoratae ab Isidoro Pelusiota l. 4. episto. 69. & ab alijs adductis in Natur. Theol. d. 5. n. 171.

30. Iustinus Martyr in expositione fidei de Trinitate, cum devenit ad unionem humanitatis & Verbi, perspicue aperit sensum suum de summa caligine huius mysterij, his praeter cetera. [Nec est cur quisquam ex me huius vntionis modum sciteat. Non pudebit enim fateri ignorantiam: Imò gloriabor potius, quod credam arcana quibus initiatus sum, quae nec ratio nec mens valet percipere. Quare caue nequid manifestum de his, vel ex me, vel ex alio discere cupias. Quod si liber ea cognoscere quae ipsi percipimus, non celabo filios Ecclesiae: hoc tantum admonitos, quod tractantibus hanc expositionem, opus sit superno favore ac auxilio, ut aliquatenus fiant sui voti compotes.] Et infer. us. [Iam ante factus sum, me huius veritatis manifestam cognitionem non posse mente comprehendere: ac ne nunc quidem permitter huius modestiae, contentos dato nobis modulo.]

Origenes optime in eandem sententiam differit l. 2. Periar. cap. 6. [Verum (inquit) ex omnibus deo miraculis & magnificentijs illud penitus admirationem humanae mentis excedit, nec invenit mortalis intelligentiae fragilitas quomodo sentire vel intelligere possit, quod tanta illa potentia divina maiestatis, ipsum illud verbum patris, atque ipsa sapientia Dei, in qua creata sunt omnia visibilia & invisibilia, intra circumscriptionem eius hominis qui apparuit in Iudaea, fuisse credenda sit, sed & ingressa esse Dei sapientia vulvam foeminae & nasci parvulos, & vagitum emittere ad similitudinem plorantium parvulorum. Eum deinde quod in morte conturbatus refertur, & ipse etiam profiteretur dicens. *Tristis est anima mea usque ad mortem*: Et ad vltimū, quod usque ad eam quae inter homines indignissima habebatur, adductus est mortem, licet tertia die resurrexit. Cum ergo in eo quaedam ita videamus humana, ut nihil à communi, id est mortaliū fragilitate distare videantur, quaedam ita divina, ut nulli alijs nisi illi primo & ineffabili in se conveniat deitati habere, humani intellectus angustia tantae admirationis

modo quodam qui nullis verbis exprimi potest, omnemque interpretationis vim superat, honore accipiat.

Theodoretus in c. 5. Cantic. gratias de Christo capite fluentes, clavas palmarum interpretatus, ait eas dici nigras quasi coruum, [ut per profundum & oblitum colorem, abdita & inaccessa Incarnationis ratio declaratur.]

34. S. Maximus centur. 1. ex varijs cap. 11. [Ingens diuinæ Incarnationis mysterium perpetuo manet mysterium, non ob id solum quod pro modo erat facultate eorum qui per illud saluantur, explicatum, habet quippiam nondum conspectum, maius eo quod enarratum est: sed ob id quoque, quod vel illud ipsum quod videri putatur, manet adhuc prorsus abstrusum: utpote quod nullo sermone, sicuti est, cognosci queat. Neque cuiquam, quod dicitur, videatur paradoxum. Nam Deus cum sit super substantialis, & omnem super substantialitatem transcendens, quando voluit ad substantiam deuenire, modo super substantiali substantiam induit. Et hanc ob causam, pro hominibus, ut amans hominum, ex humana substantia, verè factus est homo. Porro modum quo factus est homo, semper habet inexplicabilem; pro hominibus enim factus est homo.] Quare capite sequenti, negat vllam hic querendam euentiam, [Perpendamus, inquit, fidelis mente Incarnationis diuinæ mysterium, ac sine vlla curiositate gloriificemus duntaxat eum cui nostro gratia complacuit illud fieri. Nam quis dicendi demonstrandi facultate consequi potest, qua ratione Dei conceptio fiat? Quo pacto gignatur caro sine semine? Qui generatio sit absque corruptione? Quomodo mater, quæ vel post partum virgo permansit? Quo pacto qui plusquam perfectus erat, ætate succedere proficiebat? Quo pacto baptizabatur, qui mundus erat? Quomodo nutrebat, qui esurir? Quo pacto robur conferebat, qui fatigatur? Quomodo ægrotans sanitatē donabat? Quomodo moriens, viuificabat? Et ut primum postremo loco dicā, qui Deus homo factus est? Ac sanè maius mysterium est, quo pacto substantialitio & secundum Hypostasim Verbum erat in carne, qui secundum substantiā & Hypostasim totus est apud Patrem: quomodo idem natura totus est Deus; & secundum naturam totus factus est homo, neutra prorsus abnegata natura: diuina minime, secundum quam est Deus: nequa nostra, secundum quā factus est homo. Huiusmodi mysteria, sola capit fides, quæ est Hypostasis eorum, quæ mentem superant & rationem.]

S. Damascenus l. 3. fid. cap. 5. appellat Incarnationē, [dispensationem verbi diuinam & ineliquibilem, & mentem omnem, comprehensionemque omnem, excedentem.]

Patres Latini, quid statuerint de tenebrisitate eiusdem enigmaris

35. Græcis Patribus subnecto Latinos. S. Hilarius sub finem libri 10. de Trinit. [Illos nunc arcanorum celestium scrutatores consulo, ut secundum naturam suam nati ex Virgine Christi sacramentum loquantur. Vnde dicent Virgini conceptum? vnde Virgini partum? quam hanc esse genitalium originum causam disputabunt? Et quid intra secessus maternorum sinuum coaluisse? corpus vnde? homo vnde? Iam verò post hæc, quid sit descendisse de cælo Filium hominis, in cælo manentem? Non enim eiusdem est, secundum corporales causas, descendere & manere, quorum alterum descensionis transmutatio est, alterum manendi imperturbatio est. Vagat infans, sed in cælo est: puer crescit, sed plenitudinis deus permanet. Iam verò cum ascendit ubi antea fuit, & descendit qui manet; quo intelligentiæ humanæ sensu continebitur? dominus enim ait: Quid si videritis Filium hominis ascendentem ubi antea fuit? Ascendit Filius hominis ubi antea fuit, &

quis hoc sensus concipiet? descendit de cælo Filius hominis, qui in cælis est, & quæ hoc ratio præstabit? Verbum caro factum est, quæ hoc verba loquentur? sit caro Verbum, id est, homo deus. Et qui homo est, in cælis est: & qui deus de cælis est. Ascendit descendens, sed descendit non descendens. Est qui erat, & quod est, non erat. Currimus per causas, & ratione deficiamus; rationem cernimus, & causas non intelligimus. Sed Christum Iesum ita intelligentes, scimus; & magis putantes nos intelligere, ne scimus.]

S. Ambrosius lib. de Salomone cap. 2. in fine, vestigia aquilæ in cælo, nobis inuestigabilia, sic accommodat ad rem præsentem. [Cuius hominis tam altus sensus & tantus est, ut explicare possit, quomodo illa tanta maiestas de cælo aut venire dignata fuerit, aut redire? Cum hoc solum nobis scire liceat, quod aut venit, aut rediit. Quis enim cognoscere potest quemadmodum Verbum in Virginem venerit, ut repente conciperet, ut tam felicem sortem partus virginis effunderet, ut hominem deus indueret, quem totus mundus non potest nec fuisse nec capere? Id est quod ait, Vestigia volantis aquilæ, (id est Christi domini aduenientis ad terram, ac redeuntis ad cælos, vestigia), comprehendere enarrareque non posse.]

36. S. Augustinus epist. 49. ad questionem 5. & deum & Christum, cuiusque homini licet sapientissimo imperium esse, docet ex loco Proverb. 30. [Deus docuit me sapientiam, & scientiam Sanctorum cognoui. Quis ascendit in cælum, & descendit? Quis collegit ventos in sinum? Quis conuertit aquam in vestimentum? Quis tenuit fines terræ? Quod nomen est ei aut quod nomen est filij eius? horum duorum quæ in extremo commemoravi, vnum retulit ad Patrem id est, quod nomen est ei, propter quod dixerat, Deus docuit me sapientiam. Et alterum euidenter ad Filium, cum ait, aut quod nomen est filij eius? propter cetera quæ de filio magis intelliguntur, hoc est, qui ascendit in cælum & descendit. Quod Iulius ita commemorat: Qui descendit ipsi est, & qui ascendit super omnes cælos. Quis collegit ventos in sinum, id est, animas credentium in occultum acque secretum, quibus dicitur: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Quis conuertit aquam in vestimentum? ut dici posset: Quotquot in Christum baptizati estis, Christum induistis. Quis tenuit fines terræ, qui dixit discipulis suis: Eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudæa, & Samaria, & usque in fines terræ.] Vides locum Proverbiorum quo filius humanis intellectibus incognoscibilis dicitur accipi à diuo Augustino de Filio in carne, siue de Christo ratione huius mysterij, non autem nudè de Verbo æternò. Eiusdem B. Augustini vniuersa epistola 3. in hoc negotio consumitur.

S. Gregorius homil. 2. in Ezech. electorum quod ibi Ezechiel nubes magna, & igne inuolvente implicitam, aquæ aded inaspectabile refert, interpretatur Christum. [Electum quippe ex auro & argento est. In electo dum aurum argentumque miscetur, argentum ad claritatem crescit, aurum verò à suo fulgore pallescit. Illud ad claritatem proficit, hoc à claritate temperatur. Quia igitur in vnigenito dei Filio, naturæ diuinitatis vnita est natura nostra, in qua adunatione humanitas in maiestatis gloriā excreuit, diuinitas verò à sui fulgoris potentia humanis se oculis temperauit; per hoc quod humana natura clatior facta est, quasi per aurum creuit argentum. Et quia diuinitas à fulgore suo nostris est aspectibus temperata, quasi aurum nobis palluit per argentum. Illa enim natura immutabilis, quæ in se manens innovat omnia, si ita ut est, nobis apparere voluisset, fulgore suo nos accenderet potius quam renouaret: sed claritatem suæ magnitudinis temperauit nostris oculis deus, ut dum nobis eius claritas temperatur, etiam nostra infirmitas per eius similitudinem

luculentum in eius luce claresceret, & per acceptam gratiam, ut ita dicam, suae habitudinis colorem mutaret. Quasi electum ergo in igne est, Deus factus homo in in periculatione.]

37. S. Anselmus lib. 2. Cur Deus homo c. 16. [Quaestione sapientia Dei hoc fecit, si non possumus intellegere, non debemus mirari: sed cum veneratione tolerare, quod in secretis tantae rei, quod ignoremus, est, aliquid esse in secretis tantae rei, quod ignoremus, Quippe mirabilis Deus creauit humanam naturam, quae insensibilis: & qualiter enim verumque Deo facile est, sed homo antequam esset, non peccauit, ut fieri non deberet. Postquam vero factus est, peccando meruit, ut quod ei ad quod factus erat, perderet: quamuis non perdidit omnino quod factus erat, ut esset quod putaretur, aut cui Deus miseretur. Neutrum enim hominem fieri posset, si in nihilum redactus esset. Tandem ergo mirabilis Deus illi restituit, quam insensibilis; quando hoc de peccatore contra meritum fecit. Quantum etiam est, Deum & hominem, sic in vnum conuenire, ut seruata integritate utriusque naturae, idem sit homo qui Deus. Quis ergo praesumat vel cogitare, quod humanus intellectus valeat pene rare, quam sapienter, quam mirabiliter tam insensibile opus factum sit?] Eiusdem operis libro 1. c. 2. inde profiteretur S. Anselmus, reuolui se ab Incarnationis tractatione [quod ea materia non solum pretiosa est; sed sicut est de speciosa forma patris filius hominum, sic etiam est de speciosa ratione imper intellectus hominum.]

Amedeus Lauanensis hom. 3. de laud. Deip. tractans mysterium Incarnationis [Quis erit nobis progressus ad hanc sanctae Dei? quo ordine iter aggressum consequamur? Ecce condensa nebula, nubetque lucidissima, itinera nostra praepediunt. Aqua illa quam vidit egredientem de templo sancto Ezechiel, non solum talos & gentem, verum renes & collum operiens, diffunditur super nos, ne transuadare possimus.] Et mox: [Quod si volumus accedere ad caliginem, in qua ipse est, ingressi medicum nebulae, & peritiori gloria tantae maiestatis, perterriti etiam magnitudine illius infinitatis, non subilemus, & erimus quasi nihil, deus enim in locum inhabitat inaccessibile; cuius ignis, sicut stipulam carnes deuorat, cuius faciem nemo videre potest, & viuentem ad cuius abyssum indagandam Angeli non sufficiunt; ad quem nulla potestas aspicit, praeter illam quae in unitate personae copulata est. Demus itaque gloriam deo, & cadentes in facies nostras; adoremus à longè vestigia Trinitatis.]

38. Petrus Cellensis lib. 1. de tabernac. [Non immerito Christus arca nuncupatur; quia sicut arca in domo valde necessaria est, ut non solum panis ibi ponatur, sed vestis & pecunia, & quae libet alia sub clauo signanda & conseruanda; sic in Christo reponitur opus nostrae saluationis, quasi panis refectio: reponitur vestimentum dealbationis, ut ibi legitur, *quosque baptizati estis, Christo induiti*; reponitur nihilominus de pecunia redemptio: ut ibi, *redemptionem nisi Dominus populus reponit*; & thesaurus totius diuinitatis, quia in Christo habitant omnis plenitudo diuinitatis corporalis. Arca igitur est, nec semper aperta, ne studium quaerendi tollatur; nec inclementer clausa, nec instantia requiritur frustraretur. In manus Patris, clauis resignatur, propter mysterium à saeculis absconditum; ne fures effodiant consilium dei, & furentur intentionem Incarnationis Christi. Pater claudit & nemo aperit; quia naturam diuinam in secreto suo abscondit: Ipse aperit & nemo claudit, quia generationem humanam mundo innouit. Nemo (inquit) nouit filium nisi Pater.]

In solubilitate corrigiae per Baptistam, & libri Apocalypsi ob signatio, eodem à Patribus aptantur.

39. Hæc quæ de inenodabili implexitate mysterij Incarnationis hætenus prouulimus ex variis Patribus aliter paucis his verbis à Baptista Christi antecursore sunt tradita. Non sum dignus, ut solam eius corrigiam calceamenti. Interprete namque S. Gregorio homil. 7. in Euang. intendebat [in ligaturam mysterij, quod Verbi diuinitas veluti calceata morticiniis nostræ corruptionis apparuit.] Pulchre item in eandem sententiam Nazianzenus orat. 39. sub finem. [Quid calceamenti corrigia, quam non soluis, qui Iesum baptizas, tu, inquam, solitudinis alumne, ac nullius cibi homo, tu noue Helia, plusquam Propheta, utpote qui eum etiam, qui prædicebatur, vidisti; tu inter verus & nouum testamentum interiectus? An fortasse aduentus & carnis ratione, cuius ne extrema quidem facile solui atque explicari, possunt, non dicam ab his, qui adhuc crassi & carnales sunt, atque in Christo paruuli, sed ne ab his quidem, qui spiritu Ioannem referunt. Extrema huius mysterij, appellat quascumque eius fibras, & quidquid ad illud aliquo tandem modo pertinet S. Ambrosius, eodem modo indissolubilitatem corrigiae calceamenti per Baptistam interpretatus est l. de inst. Virg. c. 14. tractans illud Cant. 7. *quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis*. Sic enim scribit. [Speciosè procedit anima, quæ corpore veluti calceamento utitur, ut quo velit, suū possit sine impedimento illo circumferre vestigium. In hoc calceamento speciosè processit Maria, quæ sine ulla commixtione corporis consuetudinis, autorem salutis Virgo genuerit. Vnde egregie Ioannes ait. *Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti*; id est, non sum dignus, Incarnationis mysterium comprehendere angustis mentis humanæ, atque inopis vilitate sermonis absolueret. Vnde & Isaias dixit, *Generationem eius quis enarrabit*? Eadem est secunda interpretatio loci de quo agimus, adhibita à Clemente Alexandrino l. 3. Strom. Nec dissimiliter Glossa Ioan. 1. indissolubilitatem corrigiae calceamenti, ait esse mysterij Incarnationis inexplicabilitatem. Subscribunt Magister in 3. dist. 2. Argem. ibid. d. 1. q. 1. artic. 1. & Gabr. in 1. d. 30. q. 4. *litera L.* qui varias tantæ in hoc mysterio difficultatis causas vestigat *litera M.* & c. q. 3.

40. Hæc insolubilitati corrigiae per purum hominem, S. Bernardus serm. 1. de Pasch. iungit quod Apocal. 5. traditur de impossibilitate aperendi libri signaturum. Sic enim de Christo loquitur. [Idem etiam liber est, qui non poterat aperiri. Quis enim dignus inueniretur aperire hunc librum? Indignum se profiteatur & ipse Baptista Ioannes, quo internatos mulierum maior nemo surrexit. *Non sum*, inquit, *dignus soluere corrigiam calceamenti eius*. Venerat enim ad nos calceata maiestas, diuinitas incarnata, venerat dei sapientia, sed in libro clauso utriq; & signato. Quod ligabat corrigia calceamenti, hoc claudabant signacula libri. Sed quid dicimus super his septem? An forte triplex anima virtus, ratio, memoria, voluntas, & quadrifaria corporis compositio, ex elementis videlicet quatuor, in his septem est intelligenda, ut nihil de veritate humanitatis defuisse nonerimus Salvatore? An magis humanitas eius ipse est liber; & quaerenda sunt signacula septem? Septem enim quadam arbitror inueniri quibus maxime celebratur in carne præsentia maiestatis, ut non possit aperiri liber, & sapientia quæ latebat agnosci. Exponit sigillatim ea septem sigilla, siue seprè latentis in humanitate dei causas, quæ apud eum videri poterunt. Auctoritate satis superque monstratum videtur, quanta & quam densa sit propositi anigmatis caligo.

Suffragium rationis.

41. Nec minus astipulatur ratio. Omnes enim contradictiones superiori capite propositae, inexpedibiles videntur reddere huius enigmati scrupulos. Quomodo siquidem potest idem Deus & homo, idem creatura & creator, idem mortalis ac immortalis, æternus ac temporalis, immensus & loco conclusus agnosci? Quomodo autem Deus, eo in hominem transitu mutationem non subiecit, quæ tamen tantum à Deo abesse debet, quantum non esse ac deficere? Sanè quomodocumque explicetur, quo pacto Deus qui ante homo non erat, factus deinde sit homo, afflicta videtur Deo fuligo nostra; quia vel Deus dicitur vniri humanitati vt forma; vel humanitas dicitur vniri Deo, vt subiecto; vel ex humanitate & Deitate restructis, existeret certum: quæ omnia impossibilia sunt, & pugnantia cum diuina actualitate purissima, ac vel obumbrationem vicissitudinis excludente. Quomodocumque item explicetur fundamentum nouæ illius denominationis, non apparet quomodo veritas naturæ humanæ retineatur, in tanto eius ad Deum accessu; aut quomodo natura humana sit vera substantia, tam pendens à Patre & Spiritu sancto quam à Verbo, vt sanè æque pender ab omnibus personis diuinis, cum ab omnibus per communem essentiam atque potentiam producatur. Aut denique quomodo sit completa, si vel aliquod sibi substantiali destituitur, vel in alterius compositionem venit. Hæc omnia, quanta sit obscuritas mysterij enigmate proposito contenti, restat faciem.

Accedit potentissima eiusdem caliginis probatio, quæ convincit, in hoc negotio à nullo creato intellectu responderi posse nisi admodum imperfectè, ad quæsitum quod de vnaquaque re primum institui potest, nec rei notitiam plenam infert, sed pertenuem & in vestibulo ipso hærentem. Prima enim quaestio de re quapiam, est, an sit tantum possibilis, an exiit & actu. Qui potè subiectam huic primæ quaestioni responsum perceperit, paratè promouit in rei perfectione de qua instituitur ea quaestio: adhuc enim hæret in extimo actio rei, nec ad essentiam adyta admittitur. At ratio valida conuincit tantam esse caliginem mysterij quod proposito enigmate continetur, vt ne ad illam quidem primam & veluti initialem cognitionem eius, aspirare intellectui vlli creato, siue Angelico, siue humano liceat: sed ex triplici modo cognoscendi diuina quem assignat S. Bernardus lib. 5. de consid. c. 3. nempe per fidem obscuram, intelligentiā claram, opinionem sola verisimilia apprehendentem, adigimur fateri, solum primum modum, intellectui cuiusque creato esse concedendum, quoad mysterium enigmate proposito contentum: Ac proinde si intellectus, hoc quod inter signata fidei (vt S. Bernardus loquitur) numerandum est, tentet irumpere, non modò reputandus erit effractor, quod idem mellitissimus Doctor tradit, sed etiam casso nifu & irrita fatigatione nihil proficiet. Quod verò multo plus est, ne opinio quidem reperit vbi secuta hic pedem figat in tanta caligine. Hoc quia non videretur satis exploratum, nec ab omnibus Theologis æque admittitur, demonstrandum breuiter est, tam quoad possibilitatem, quam quoad actualem existentiam mysterij in quo versamur, initio ducto à possibilitate nuda, quam pater esse anteriorem, cum existentia superaddat possibilitati diuinum decretum, actuale quod magnas tenebras offundit, ultra eas quæ possibilitatem affectantur.

42. Vt autem perspicuè solidèque procedamus, præmittendus est duplex modus cognoscendi vel ostendendi rei cuiusque possibilitatem. Primus est, quo directè & ostensiuè probatur, atque adeò clarè & euidenter detegitur ea possibilitas: Qua ratione eam rem

agnoscimus euidenter possibilem, quæ nobis obicitur contuenda penetrando intimè connexionem terminorum illam compingentium, aut quam discursu manifesto agnoscimus connecti necessariò cum ea re cuius existentiam intuituè perceperimus. Secundus modus rei possibilitatem cognoscendi, est indirectus, quo scilicet tamen si non cognoscimus euidenter, abesse repugnantiam; tamen omnia quæ in contrarium opponi possunt, enodamus: non quidem euidenter conuincendo, in huiusmodi argumentis quæ in contrarium opponi possunt, assumi falsum; (sic enim euidenter cognosceremus oppositum esse verum, quod est contra suppositionem, quæ fert illud non cognosci euidenter); sed negando principia in contrariā assumpta, quæ aduersarij nunquā ineluctabiliter affructur. Distinxit hos duos cognoscendi vel ostendendi modos, Argenti in 3. d. 1. q. 1. art. 1. priorem vocans directū & positium, posteriorem verò indirectum & negatiuum.

Ne possibilitas quidem huius mysterij demonstrari directè potest ab intellectu vlio creato, etiam Angelico.

43. Prior modus cognoscendi possibilitatem huius mysterij, est apertè impossibilis cuius intellectui creato per naturas vires suas operari. Nam ens essentialiter supernaturalis, non potest viribus intellectus vilius creati agnosci possibile, penetrata connexionem quidditatis & existentie talis entis. Certum quippe est, quod cognoscibilis affectatur entitatem, estque naturalis eius passio: & iuxta probabilem sententiam, eadem est cum veritate transcendentali, quod si cognoscibilis non corresponderet entitati, conuelleretur principium apud omnes ratum ac certum; nepe quod modus operandi sequatur modum essendi. Igitur si res cognoscenda, est essentialiter supernaturalis, impossibile est eam esse euidenter cognoscibilem viribus naturæ totius creatæ. Atqui mysterium enigmate proposito comprehensum, est secundum substantiam & essentiam suam supernaturalis: Inuoluit enim personalitatem Verbi, & terminationem naturæ creatæ per vnum ex illis personalitatibus quibus diuinitas ipsa terminatur; atque adeò continet modum essendi reciprocum ac proprium Deo, quod est totum fundamentum supernaturalitatis secundum substantiam. Quare impossibile est, nudas vires naturales cuiusque intellectus creati, isthuc vsque pervadere, fertique distinctè & perspicuè in contuitionem possibilitatis mysterij propositi.

44. Non distinxit de intellectibus creatis; quia intellectus quoque Angelicus, non eodem modo qui sunt reipia, sed qui etiam esse possunt, eodem loco habeo quoad rem presentem: displicentque Mayo in 3. de 1. q. 8 (quamuis nonnihil ambiguus, & Rubion in 3. d. 1. q. 3. art. 2. qui existimantes intellectum à sensu independentem, æque porrigi ad omnia entia limitata percipienda, affirmant intellectum Angelicum sibi relictum, id est non impeditum à Deo nativam eius perspicaciam obstruente) posse naturaliter cognoscere hoc mysterium. Id quod etiam asseruisse non ita pridem nonnullos, refert Vasquez 1. p. d. 2. 1. n. 1. 4. sed ex alio fundamento: nepe quod extrema huius vnionis, Deus scilicet & humanitas, sint naturaliter cognoscibiles: proindeque eadem non implicet contradictionē ea extrema coniungi: intulerunt, notam euidenter esse Angelo, possibilitatem huiusmodi vnionis. Sed hæc fundamenta, sunt planè ruinosæ. De priore res est perspicua. Cuius enim intellectui, certa mensura obiectorum connaturaliter cognoscibilem est assignanda, correspondens modo essendi, vt latè prosequor in Naturæ Theolog. dist. 4. à num. 2. At vnio de qua disputamus, longè transcendit modum essendi cuiusque creaturæ, cum includat modum essendi diuinum, &

trahat

*Quid de probabili notitia naturali possibilitatis
huius mysterij, supposita reuelatione
statuendum.*

47. An verò supposita reuelatione possibilitatis huius mysterij, vires naturales intellectus, eo possint assurgere, ut illud esse possibile probabiliter cõment, lis potest esse de nomine. Certum quidem est, reuelationem diuinitus interpositã, non posse efficere, ut naturale lumen intellectus, ultra sphaeram suã obiectiuam progrediatur: Nec item posse, efficere, ut naturalia principia quæ sumi possunt per intellectum reuelatione præuia roboratum, contineant virtualiter conclusionem, quam suapte natura non continent: Quod vnum volumus Ruis disp. 43. de Trinit. sect. 2. & alij, qui negant, etiã supposita fide aut reuelatione, posse ab intellectu creato sibi relicto excogitari rationes quibus mysterij substantialiter supernaturalis, veritas aut possibilitas, vel probabiliter innoscescat. Nihil tamen vetat, supposita fide & reuelatione mysterij, intellectum suis viribus aliquas sibi verisimiles ratiocinationes tanquam manuuctiones efformare, quibus probabiliter suadeatur, mysterij possibilitatẽ & veritatem, & quasi ciceretur ac condecesat, ne præfractẽ ab obiecto adẽ aucto, tamque à connaturalibus sibi obiectis dissentiente, resiliat: quod vnum volumus Suarez l. 1. de Trinit. c. 11. & 12. & alij, qui docent, supposita fide, dari posse naturæ viribus probabilem mysteriorum confirmationem. Hoc enim non est asserere, naturale lumen transcendere sphaeram suam; aut principia naturalia continere conclusionem quam non continent: sed tantum est asserere, intellectum intra sphaeram suam naturalem, reperire posse aliqua vtrunque proportionalia mysterio, è quibus per analogiam naturaliter cognoscibilem, colligat non improbabiler possibilitatem mysterij. Possibilitas enim mysterij analogicẽ tantum deducta, continetur in huiusmodi principijs naturaliter peruijs. Multas tales huius mysterij manuuctiones, adducam infra lib. 2. sect. 1. c. 1. Quam verò tenuis aut potius nulla lux, ex ea possibilitatis verisimilitudine obscuritatem fidei supponente, nec nisi alicui analogiæ nixa, accedat mysterio, non est quod exponamus: cum per se liqueat, mysterium nihilominus densa semper caligine obuolui. Non est tamen idcirco dicendum, mysterium esse contra lumen naturale: neque enim lumen fidei, naturali luminĩ aduersatur, sicut neque veritas veritatis, sed tantum dicendum est, mysterium esse supra naturale lumen; nec eius collustratione patere posse possibile. Nec plura, de naturaliter directẽ indemonstrabili possibilitate mysterij de quo agimus. Vnde quanta sit ænigmatis propositi caligo, æstimare licet.

*Eiusdem possibilitatis demonstratio indirecta.
parabilis naturæ viribus.*

48. Venio ad alterum supra propositum modum demonstrandi possibilitatem huius mysterij, quem aiebam vocari indirectum, aut negatiuum, quia procedit diluendo & negando principia quæ assumuntur in argumentis, formati contra mysterium. Cuiusmodi sunt benè multa argumenta, quæ contra possibilitatem mysterij de quo agimus, referuntur à S. Thoma lib. 4. contra gen. cap. 40. Et hic modus probandi possibilitatem, potest quidem naturali intellectu perspicacitæ aliquatenus concedi respectu mysterij de quo agimus; inde tamen caligo & tenebrositas inima mysterij, nequaquam discutitur.

Possit hunc modum probandi possibilitatẽ aliquatenus tribui intellectui creato sibi relicto, videtur debere esse extra controuersiam: qui vt optimè philosophatur

D. Thomas opusc. 6. c. 2. quod à summa veritate profertur, cuiusmodi est quodcumque fidei mysterium, non potest falsum esse: quod autem falsum non est, nequit ratione necessaria impugnari. Igitur rationes quibus contigerit illius mysterij possibilitatem impeti, vitiosæ sunt, & negari possunt, quod est probare indirectẽ possibilitatem mysterij illis rationibus impetiti. Idque vnum, Christiano Doctore cum infidelibus agenti præstandum esse circa fidei mysteria, monet ibidem S. Thomas. Aduertit enim, non esse Doctorem Christiano laborandum, in fidei mysterijs contra infideles necessariò aut euidenter probandis, sed in eam duntaxat curam incumbendum esse, vt fidei mysteria defendantur, quod præstatur simplici negatione propositionum ab infideli assumptarum contra mysterium de quo agitur. Aiebam verò hunc modum probandi possibilitatem mysterij, aliquatenus concedi naturæ viribus, quia hic modus probandi, simpliciter loquendo, non est euidentis. Caietanus quidem 1. p. q. 1. art. 8. admittit, posse à Christiano Doctore naturæ viribus monstrari euidenter falsitatem argumentorum quibus mysterium aliquod nostrum impetitur. Etque id planè admittendum, si vitium argumentorum illorum sit duntaxat in forma syllogistica, aut si in illorum argumentorum materia admisceatur naturalis aliqua propositio, euidenter pugnans cum naturæ lumine. Falsum tamen est, posse euidenter ostendi defectum argumentorum contra mysterij possibilitatem, si argumenta illa non peccent in forma, nec villam contineant propositionem pugnantem cum naturali lumine. Nam his seclusis, si argumentorum contrariorum defectus probaretur euidenter, fatendum esset, possibilitatem mysterij posse euidenter probari. Nam quod euidenter ostenditur non esse impossibile, (omnibus nimirum quæ aduersus possibilitatem pugnant euidenter reiectis,) eo ipso euidenter ostenditur esse possibile: quod vidimus nequaquam posse de mysterijs secundum substantiam supernaturalibus affirmari. Itaque Caietanus, admittens euidentem depulsiõnem argumentorum contra mysteria, vel reieciendus est cum Gillio l. 1. tract. 4. c. 11. concl. 1. vel certe cum Suare disp. 4. de fide sect. 2. num. 9. accipiendus est de illis paulo ante tactis euentibus, in quibus argumenti vitium potest euidenter detegi naturæ viribus. Alter Caietanum intellexit Valentia 1. p. d. 1. q. 1. p. 5. §. 4. & 3. p. d. 1. q. 1. p. 2. nempe quasitantum voluerit Caietanus, posse Christianum Doctorem reddere euidentem rationem, cur sibi prudenter persuadeat, rationes fidei mysterium impugnantes laborare falsitate, tametsi nequeat ex ipsa rei natura euidenter ostendere propositionem aliquam in argumenti fidem oppugnantibus assumptam, falsitate sordere. Hoc quidem quod Valentia affirmat, verum est nec rectè ab Aluare 3. p. disp. 1. detortum est in extraneum sensum atque reiectum. Ad rem tamen præsentem non facit: quia inde tantum habetur mysterium esse euidenter credibile de quo nemo ambigit. Non habetur autem quod queritur, nempe quod mysterium sit euidenter non impossibile: Sic enim esset euidenter possibile. At non quicquid est euidenter credibile, est possibile euidenter. Imo multa falsa possunt verisimiliora & credibilia apparere plerique veris. Liqueat ergo quatenus indirecta probatio possibilitatis huius mysterij possit intellectui creato suis viribus relicto concedi.

Salua tamen mysterij tenebrositate.

49. Nihil porro per prædicta discuti caliginem mysterij. (vt addebam,) perspicuum est. Nam euidentis credibilitas non tollit obscuritatem fidei, quia non peruadit ad intimum obiectorum fidei, sed sinit in eorum veluti superficie, ostendendo competere eis commu

not. 9. & Maldonatus Matth. 7. ad illud, *virtutes multas fecimus*, qui latè suffragante Petro Halloix in notis ad c. 2. vitæ S. Iustini (pag. 297.) inferit inde, ex veris miraculis singularibus non posse sumi necessarium argumentum ad probandam veritatem doctrinæ. Neque id tantum valere videtur de miraculis homini inutilibus, ut sunt volatus montium, locutio lapidum ac brutorum, sed etiam de vtilibus homini, quæ negari demonibus atque adeo etiam impijs eorum ministris, negatur lib. 3. recognitionum Clementis. Sed perperam. Tradunt enim scripturæ, impios homines verè edidisse miracula hominibus vtilia. Et ut ait Durandus q. 1. prolo. n. 47. quid vetat, Deum impio alicui reuelare miraculum quod faciendum est: impium verò ea prænotione abuti, ad firmendam illo miraculo falsam doctrinam: denunciando scilicet, tale miraculum edendum esse, indeque errore aliquem confirmando? Tunc certe Deus non mentiretur, neque mendacium confirmaret ipse, sed tantum permitteret abutim gratiæ gratis homini datæ, quod Deus sine labe præstare posset. Itaque sublata videtur omnis evidentiæ existentie huius mysterij, quæ miraculis per Christum editis assurgere censebatur.

Evidentiæ item quæ ex Prophetijs petebatur, non videtur satis solidè fundata. Quid si enim cogitatio obrepit. Prophetas aliquid de his rebus effutisse, casu potius quam divino efflato? Et ut certo consilio ac ex divino spiritu prænuñtialle concedantur, tantis amen obscuritatibus semper involuitur quicquid Prophetæ enunciant, ut locus semper sit inevidentiæ præsertim si affectus vehemens obtenebret intellectum, ut ferè accidit circa prænuñtiationes, quas quisque prout lubet inflectit. Similiterque enecti potest, quod addebatur de evidentiæ existentie huius mysterij, ex Patris testimonio de Christo. Hoc quippe testimonium non erat evidens. Quid si enim Angelus quispiam eas voces formavit, non autem Deus? Vel quid si Deus, eas voces non nisi materialiter ac sensu vacuas protulit? Id certe non videtur repugnare. Esto verò, possit Angelus habere evidentiæ attestantis de quo 2. 2. non suppetit tamen unde constet habuisse eam de facto. Quicquid verò sit de Angelis beatis, demones à Deo prohiberi, & alio auctori potuerunt, ne ad huiusmodi evidentiæ argumenta adverterent.

Postremo defectus substantiæ creatæ in humanitate Christi, non potuit ingenerare Angelo noticiam naturaliter evidentem de illius humanitatis suppositione per substantiam Verbi: posset enim natura substantialis creatæ, conservari absque vlla prorsus substantia, tum creatæ, tum increatæ. Quid quod Vafques 1. p. d. 2. 14. à num. 27. negat Angelo noticiam privationis personalitatis creatæ, eo quod tamen substantia creatæ Angelo pateat, privatio autem sit eiusdem ordinis cum substantia quam tollit, tamen idcirco non pateat Angelo ista privatio, quia pendet essentialiter ex aliquo positivo ordinis supernaturalis: nempe ex divina personalitate humanam substantiam tradente, quam perturbare non potest naturalis obitus Angelij. Ego tamen hoc argumento non vtor, quia in eo falsò assumitur, privationem personalitatis creatæ non posse induci nisi per substantiam increatam: cum tamen non videatur dubitandum, quin creatæ substantia tolli possit per solam conservationis suspensionem: in quo casu, humanitas terminatur tantum negativè, nec substantia divina subrogatur creatæ. Iuxta sententiam item probabilem, substantia creatæ externa, posset alienam naturam propria substantia spoliata terminare: & ita latè Cononius apud Argentinam in 3. d. l. q. 1. art. 1. Tandem nihil est necesse, ut qui privationem cognoscit, causam quoque penetret per quam privatio inducitur. Nam rusticus cognoscit Eclipsim, neque tamen agnoscit

quoddam sit corpus obiectum ex cuius interpositione Eclipsis oritur. Idem ergo, proportionè servata, statui posset in re præfenti. Sistant ergo in argumentis anterioribus & caliginem existentie huius mysterij, non obstantibus argumentis propositis, naturaliter ratam & certam habeamus.

Aliqualis evidentiæ inde manans, non est natura tribuenda.

§ 3. Fateor tamen, ea argumenta confirmare, concedendam esse & Angelis & hominibus evidentiæ aliquam existentie mysterij de quo agimus. Eiusmodi tamen est ea evidentiæ, ut cum naturali cuiuscunque intellectus creati caligine circa hoc mysterium, probè cohereat: quia oritur ex divina revelatione, non autem ex naturali perspicacia intellectus, ut manifestum erit discurrendo per singula difficultatis propositæ capita.

In primis enim neque Angeli, neque homines, ex nudis effectibus mirabiliter à Christo prodemonstratis inspicere evidenter poterant, *Idem enim esse Christum sive Deum simul & hominem*. Purus quippe homo, illa ipsa, aut etiam maiora opera edere potuisset, ut supra præmissi & constat ex Ioan. 14. assumatque Ammonius Alexandrinus contra Monophysitas ex persona Philonis Philosphi, apud Anathasium cap. 14. *Idem enim ferè iuvit*. Quod ergo sive homines sive Angeli, ex illis miris effectibus quos Christus edebat, agnoscere potuerint autorem eorum esse Christum Domini, non aliunde ortum habuit, quam ex eo quod talia opera coniungerentur assertioni Christi, profitentis se ita operari, ut mortales altantes scirent quia filius hominis habebat potestatem in terra dimitendi peccata, atque adeo erat naturalis Dei filius. Ex operibus inquam illis sic spectatis, poterant naturali sua vi evidenter colligere & Angeli & homines, Iesum sic operantem, esse Christum Domini; sic enim ratiocinari poterant. Omne quod Deus suo testimonio confirmat, verum est. Atqui Deus, miraculis quæ divino testimonio quasi gravitantur (sunt enim miracula pignus quoddam omnipotentie Dei ex Chrylostomo homil. 14. in Matth. & sicut humana consuetudo verbis, ita Deus miraculis loquitur, iuxta Augustinum epistol. 49. q. 6. & similia habet l. de vtil. cred. c. 16. ac S. Gregorius 27. moral. c. 8.) Deus inquam, miraculis confirmat hanc propositionem, *Idem esse Christum, filium Dei*. Ergo verè iste, est Christus. Maior est omnibus naturaliter evidens. Minorem in dubitatum habebant Angeli cum boni tum mali, quibus evidens erat pleraque Christi opera, præsertim spectato modo quo fiebant, excedere vires humanas, nec fieri de facto, aut etiam fieri posse à demonibus. Perspectum ergo habere poterant, ea fieri à Deo, vel à bonis Angelis; quarum causarum neutra posset mendacio suffragari. Atque adeo cum viderent, huiusmodi opera quæ ritè expensæ, vera esse cognoscebant, à Christo, vel ad Christi nutum perfici in suæ divinitatis confirmationem, nec tale ac tantum errandi incentivum impediri per divinam providentiam, cuius est prospicere ne tentemur supra id quod possumus: meritò sublimere poterant, Deum talia miracula in assertionem divinitatis Christi patrata non impedientem, habere ratam eiusmodi assertionem, eamque adscriptione sua firmare, & sigillo munire. Quia ratione spectatum miraculum, esse argumentum necessarium veritatis doctrinæ, bene tradit Toletus in c. 3. Ioan. annot. 2. & Snares t. 2. 3. p. d. 3. l. 2. & 3. consequenterque negandum est, posse Dei providentiam sinere, ut impius Prophetæ miraculi faciendi prænotionem habeat, qua prævideatur abusus ad falsi confirmationem, nisi alicunde prospiciat Deus, ut fides eius nutet, deprehendaturque planus esse. Quare

con-

conclusio ex duabus hinc propositionibus illata, qua
auctor miraculorum, saltemque ad eius nuntium fide-
lentem, Christus esse, & Deus ac homo affirmabatur, in
quem finem ipsemet contestabatur illa opera edi: illa
inquam conclusio, certa erat & naturaliter evidens
hominibus & Angelis, ac etiam demonibus, vt differ-
re tradit D. Thomas q. 14. de verit. artic. 9. ad 4. Exi-
stimate autem, daemones per vniuersam Christi vicam
fuisse diuinitis impeditos speciali providentia, ne vim
intellectus sibi connaturalis hac in parte exercerent,
frustrum esse, videturque dissonare Seripseris, affir-
mantibus daemones caussae ipsam esse Christum. En-
simus, quod euidenter notitiam fert, non autem vel
supponendo docuimus, vt affirmat S. Hieron. Math. 8.
& Caill. 5. 7. de Incarn. c. 11. & seqq. vel opinionem
quae certitudine & firmitate, vt ait Toleros in c. 4.
locus annotat. 75. pretereunt vt videtur S. Bernaido, serm.
1. de resur. vel denique timorem & formidinem ne
ipse esset Christus, vt loquitur S. Gregorius 13. moral.
c. 12. At verbum *exibat*, quo Evangelista vtitur, planè
fert euidenter notitiam, quam daemones de Chri-
sti existentia concessi cum Ma donato Matth. 29. v. 8.
& Sueret. 2. 3. p. d. 3. sect. 3. Verum ea naturalis euiden-
tia non deriuatur ex nudis effectibus mirabiliter à
Christo editis, quod vnum inficiari sum. Deriuabatur
ergo ex conjunctione attestantis Christi. Nihil
autem incommodi, asserere quod praesupposita huius-
modi confectione & reuelatione, homines, mulq;
magis Angeli, prudenter ratiocinando deuenire pos-
sent in euidenter & merè naturalem notitiam abtra-
ham diuinitatis huic humanitati copulata.

54. Non dissimiliter philosophandum est, de euidencia existentie huius mysterij ex prophetiis. Quamvis enim ad euidenter colligendum, prænunciacionem obſcuram & verborum ambagibus ſeſe inuolutam, cadere in iſtam hominē, magna attentione & circumſpectione ſitopus, nec exigua ab inordinatis affectibus intellectū plerumque excolantibus liberatio exigatur; (ſpectandum quippe obnubilantium interpoſitio, non modo hominibus impediendum fuit quominus per prophetias conuinceretur euidēter, vt in Iudæis olim circa Chriſtum notauiſſet, ac nane quoque deprehenditur;) Tamen poteri homo tam ſincere & tam attente ac prudenter legete, vt ex prophetiis cum impleretur euidencia huius veritatis prægnātia. Id quod multo magis in Angelis, cum bonis tum malis, admittendū eſt. Idem dico de euidencia existentie huius myſterij ex teſtimonio Patris, quod non fuiſſet tantum materialiter poſitum, nec fuiſſet ab alio quopiam Angelo, ſed imminebat à Deo editum, vel quod idem eſt ab aīo Angelo ex commiſſione Dei & eius nomine, potuit Angelo innotere, attento ſine ob quem illud teſtimonium miraculoſe ferebatur, quo poſito, ne homines implanerentur, Dei erat curare vt ſincere ederetur, etſique ſerum ſignificatione quam præſert extrema verborum facies. Sed omnis hæc euidencia (vt liquet) præſentabat reuelacionem: vnde non erat partus nuda naturalis virtus intellectiue, cui ſoli adſcribimus tenebras quoad huius myſterij existentiam.

Summa huius mysterij caligo, concluditur.

9. S. S. dicitur igitur in nudo naturæ lumine, & solam
sue hominis sue Angeli vim naturalem intellectualem
atendendo, offendimus est, implexitatem ænigmati-
sæpropositi, esse omnino summam: quandoquidem ne
ipsam quidem mysterij in eo contenti possibilitatem,
agnoscere evidenter potest intellectus villos creatus,
nec tenereque evidenter falsitatis argumenta adversus
eam possibilitatem intorta. Quamto enim magis cacu-
tam circa plerorua & latiora quibus essentia: con-
stitutio continetur: Tanta facit sunt hæ renebræ, ut ex
illis omnes extrinsece hæreses dicant S. Fulgentius lib. 1. ad
Thorp. Rayn. Christum.

Throph. Rayn. Christus.

Trafim, cap. 4. Magnò enim propè dixerim miraculo, inde manavit caligo , vnde lux orbi affulgebat. Inde obæcatio, vnde illustratio. [In vno eodemve(aic S. Fulgentius) Christo, vnde Dct, veroque hominis Filio, minus perspicientium tenebatur hæcæus lippitudo in quo illuminatis , veri luminis claret manifesta cognitio.]

Concludere igitur appositè possumus cum S. Cyri-
lo 3. penitabili in Nestorium *mirro*. [Magnum est pro-
culdubio istud pietatis mysterium, & ipsis etiam san-
ctis Angelis admirandum. In eoque confirmat nos Ap-
postolus Paulus cum dicit, *Et notum fiat nunc principibus
& potentibus in celestibus per Ecclesiam, multisformis
sapientia Dei secundum prescientiam seculorum, quam
revelat in Domino nostro Iesu Christo, in qua habemus fiduciam
& accessum in confidentia per fidem*. Sapientia est nam-
que re vera & minime humana, sed diædivina & abdi-
ta in quadam ineffabili profunditate, & incomprehen-
sibilitate, Christi mysterii. Itaque psallit beatus David:
*Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabe-
naculum eius, tenebrosa aqua in nubibus aëris*. In quo te-
nebras, nihil aliud, ut opinor, intelligit, nisi obscuram
religiosæ perceptionē in oculis animi caliginis insitit
incurrentem.] Adamas etiam, Alani doctores vniuersi
sunt in hanc rem versiculos, quos recitat Argentina in
3. d. 1. q. 1. art. 1. huius mysterij caliginem præferentes:

*Hic natura silet, Logica vos exulat omnis;
Rhetorica perit arbitrium, ratioque vacillat.*

Vfus doctrinae toto capite tradita.

56. Infigem planè fructum quem ex doctrina de huius mysterij caligine, collegit S. Chryfost. hom. 11. in 1. ad Tim. verbis eius repræsentem. [Intueve quomodo omnibus in locis, dispensationem assumptæ pro nobis carnis, mysterium vocat. Neque enim est omnibus hominibus cognitum, imò ne Angelis quidem ipsi manifesti sit. Idcirco ait, *revera magnum est*. Nam profecò verissimè magnum prædicatur. Homo enim factus est deus, & deus homo: homo apparuit absque peccato, homo assumptus est, prædicatur esse in mundo, viderunt eam Angeli nobiscum Mysterium, igitur est. Caueamus propagare mysterium, neque ipsum vbique proferamus. pigni tanto mysterio viuere studeamus. Hi nempe, quibus mysteria creduntur, magni utique sunt. Nam si res nobis temporalis mysterium crederet, nonne id singularis amicitie ac familiaritatis indicium, certumque argumentum haberemus? At nunc Deus nobis mysteriū credidit. Et quomodo, (inquies) mysterium dicitur, quod est omnibus notum? Sed id antea erat incognitum, nunc autem singularis gratiæ meritis manifestatum est. Studeamus igitur digni fieri, quibus creditur tanti custodia sacramenti. Ipse enim nobis mysterium tantæ excellentiæ credidit, nos illi neque pecunias credimus.] Est & ille fructus huius doctrinæ sanè eximius, quem idē S. Chryfostomus collegit hom. 7. in 1. ad Corinth. ad illud, *nobis autem reuelant* D E V; nimirum agnoscere quàm sublimis sit Christiana sapiētia, quæ nos erudit in iis ad quæ ipsi Angeli per naturæ suæ vires non pertingunt. Quid ad eam sapiētiā, quæcunque humana doctrina, quantumvis se ob eam extulerit Ethnicī, vt S. Chryfostomus optimè viger?

CAPVT III.

*Cautiones ad legitimam anigmatis propositi
enodationem.*

57. Ut opportunè monet S. Fulgentius lib. I. ad Trasim. c. 3. [Magnum bonum confert inquisitio veritatis, quæ tamen tunc desiderato non frustratur effectu, si rectis ad veri cognitionem lincis animus annitatur.]

C

Eas

Eas ergo lineas ut signemus, & præpositi ænigmatum adyta per tantam caliginem subire liceat, nonnullas cautiones præmittere oportet præteritum est, quibus pro veteri usu astringantur, qui ad expositionem aggrediantur. Quædam ipsorum expositores spectabunt, & quomodo ad hoc negotium aptandi sint, admonebunt. Postrema docebit, quomodo obiectum de quo est ænigma, siue Christum, spectari ab illis oporteat.

I. Cum tam densa caligo offusa sit huic mysterio, eamque vires naturales pervincere nullo pacto queant, cælestis lux deuocanda est supplicibus votis; indeque expectanda illustratio quam per huius vitæ tempus sperare licet.

Ponunt hoc veluti primum principium, Patres, quæ ad huius mysterij inquisitionem adhibent animum. Concinnè verò Cyrillus Alexandr. l. 3. pentab. c. item 3. aptat ad hoc negotium, quod Iacob, in illa perillustri & hoc mysterio planè spectante visione, ut Cassianus bellè prosequitur lib. 7. de Incarn. c. 9. luctatus incassum est cum Angelo, donec lux de cælo affulgeret. Sic enim iuxta S. Cyrillum, quilibet intellectus, quamdiu lux cælestis abest nec oboritur Sol de cælo, luctatur cum Angelo, apparente corporali specie ad Christum aptius exhibendum. Cessat autem colluctatio & succedit benedictio, appetente die, & illabente cælesti luce. Hic est spiritus veritatis qui exorandus est ante omnia tam profundam veritatem scrutantibus. [Nam & qui splendidos, inquit Anastasius cap. 3. ad 7.] atque pretiosos vñones ex inaspetabilibus profundis, hominibus venari ac proferre volunt, vestitu omni se despoliantes, & oleo os implentes, auræque quod satis, naribus ex aëre trahentes, ita se in terribile illud ac tenebrosos profundum demittunt. Quod, ut arbitror, exemplum ostendit, qui spiritualium aquarum atque dogmatum profunda vestigare, ex illis que diuinos atque puros vñones venari velit, optetere eum ab omni affectu cōcitato, quasi quodā tegumento nudum esse, sanctumque Spiritum animi tanquam naribus trahere, & continere, secundum dicentem sanctum, Spiritus diuinus qui mihi inest in naribus, & Omnipotentis aura quæ me erudit; & Os meum aperui, & attraxi spiritum, quod oleum lactificum est.] Hanc fuisse Sanctorum antiquorum praxim circa hoc mysterium, docet perpulchrè Rupertus exponens titulum cantici Abacuc, qui est, oratio pro ignorantibus. Putat enim Rupertus, canticum illud esse paradigma orationis ad Deum factæ, pro depellendis tenebris mentis circa hoc mysterium.

Quia verò accedere per nos ipsos ad Deum, ac lucem discutiendæ tantæ caligini necessariam exorare, indignitate nostra prohibemur, opportunissima ad id est petentorum opera: eorum inquam cælitum qui huic mysterio fuere magis addicti, & vberiore circa illud luce perfusi, sed Deiparæ maximè. Consultissimè itaque Basilus Seleuciæ orat. 19. multa præfatus de sublimitate huius mysterij, & quàm altè subuehi oporteat eum qui illud est penetraturus. eo tandem reuoluitur ut B. Virginem tanti operis administratam atque sequentem, interpellat ad præcundum verbis, numenque exorandum, ut cæcutientem intellectum iuuare non dedignetur. [Age verò (inquit) æqua sublimior materia esse potest, quàm hæc est. Nihil certè inter diuina, & humana medium proferet quis, aut cogitabit. Vt enim non in facili est Deum nosse, aut eloqui, imò ex eorum numero, quæ fieri minimè possunt: sic magnum Deiparæ sacramentum, omni ratione excellens est, & oratio-

ne. Quando igitur Deum incarnatum enixa Deipara dicitur, ad Deum peccatione & ope dirigitur, & verba mihi præcat: Domine omnipotens, totius vniuersi rex, qui inexplicabili quadam ratione mentes incorporales spirituali luce profundis, mentem meam illumina, quo propostæ res absque errore cognoscatur; cognita, piè dicatur, dicta, sine periculo, animo capiatur.] Planè hoc sibi periculum in tractatione de Christo esse captandum, habebit persualissimum, quisquis animum non perfectiorè adhibuerit ad illud pronunciatum ab Etherio & Beato in opere contra Elipandum (pag. mihi 505.) NÔ POTEST VERVM DICERE DE CHRISTO, DE CVIVS ORE NON LOQVITVR SPIRITVS SANCTVS.

II. Ut hæc lux cælestis affulgeat, & Spiritus erudiens subeat animum quem alioqui refugeret, summus vitæ nitor, & actionum puritas, ac elongatio à vitis est necessaria

§ 8. Et hoc quoque, veluti effectum est apud Patres. Nec mirum poni ab illis hanc legem, aspirantibus ad tanti mysterij introspectionem; cum Magistri Cabalæ, magnum studium circa virtutes, & accuratam à vitis senescationem præmitti ab iis velint, qui Cabalæ datur sint operam; ut Rencinus lib. 1. de arte Cabalistica, sub initium, disertè prodidit. Inducunt igitur Patres meritiſſimè, ut quisquis ad Christianum aliquid mysterium, nominatimque ad istud quod est in mysteriū vertice, accingitur, studium accuratum adhibeat erga virtutum adeptionem, & recessum à peccatis. Vniuersè ita tradit S. Ambrosius l. 4. exam. c. 1. [Qui vindemiam (inquit) colligit, vasa prius quibus vinum infunditur, mundare conuenit, ne sordes aliqua, viri gratiam decoloret. Quod enim prodest ponere vitam ordine, fodere quotannis, aut aratris sulcos ducere, putare, subrigere, adungere vlmis, & quodam connubio copulare, si tanto labore vina quæſita, in vase coalescant? Matutinos quoque Solis ortus, si quis spectare desiderat, emundat oculos suos, ne quid pulueris, ne quid purgamentorum oculis eius insideat, quo intuentis habetur obtutus, neque aliqua caligo nebulosa corporis visus spectantis obducat. Nobis in lēctione exoriendus est Sol, qui antè non fuerat. Primum iam diem sine Sole transiuimus: secundum sine Sole tranſegimus: tertiam sine Sole confestim: quarto die iubet Deus fieri luminaria, Solem, & Lunam, & Stellas. Sol incipit. Emunda oculos mentis ô homo animique interiores obtutus, ne qua festuca peccati aciem tui perstringat ingenij, & puri cordis turbet aspectum. Emunda aurem, ut vase syncero, Scripturæ diuinæ, nitida fluentia suscipias, ne qua ingrediatur contagio.]

Vniuersè quoque Nazianzenus orat. 33. n. 10. grauitè indicit id esse seruandum in omni de Deo disputatione & inquisitione. Sic enim præcipit. [Non cuiusvis est, ô viri, de Deo disserere; Non, inquam, cuiusvis. (Non adeò vilis ac proterita hæc res est, & eorum, qui humi adhuc reptant.) Addam etiam non cuiusvis temporis, nec apud quosvis, nec de quibusvis: sed certo tempore, & apud certos homines, & aliquosque hoc faciendum est. Non cuiuslibet quidem, quoniam his duntaxat hoc munus incumbit, qui exactissimè explorati sunt, ac contemplando longè processerint, priusque etiam, & corpus, & animum à vitiorum sordibus purgarunt: aut, ut parçissimè loquar, iam hoc agunt, ut se à vitiorum labe purgent. Impuro enim, temporam attingere, ne periculo quidem fortasse careri quemadmodum nec ægris oculis Solis radios intueri. Quando autem? Tunc videlicet, cum ab externo luto ac tumultu quietem agimus, nec principes nostri patres, improbis vagisque simulachris confunditur; dum

velut,

nudare mysterium renelare tibi, ipsis Angelis inuisibile Sacramentum.]

62. Præsignificandæ huic puritati, spectatoribus huius mysterij perneccesse, dictum est Mose ad rubrum accedenti, *Solve calcamenta de pedibus tuis*. Erat rubus ille Incarnationis symbolum, quo Deus representabatur descendens in nostras spinas, nostrasque miseras, nec tamen eas consumens, ut notavit S. Gregor. 28. mor. c. 5. & attigerunt Greg. Nyssenus I. de vita Mosis, Theodorus Ancyranus hom. de Natali Dom. quæ extat t. 6. Conc. Ephes. edit. Peltani cap. 10. ac Lyrannus Exodi 3. sed bene Cantaculenus apolog. 1. qui addit. [Verba autem hæc, *Solve calcamenta pedum tuorum*, hoc innunt, quod quicumque de Dine Virginis mysterio & Christi Incarnatione erudiri volunt, eos nequaquam habere oportet partem aliquam in se mortuam, quæ illos à Deo separaret, nec mentem corruptam, & à cognitione veritatis mortuam, sed viventem & sanam, qualis ipsius Mosis erat. Huius autem calcamenta ex mortui animalis tergore erant confuta: & propterea dictum est, *solve ista*.] An non verò hanc ipsam calcamentorum depositionem, & cuiusvis morticini ad hoc mysterium suspiciendum abiectionem, depoſcebat à Christianis Apostolus Ephes. 3. professus huius se rei gratia flectere genua coram Deo Patre, ut daret virtute roboratis, & per fidem in charitate radicatis & fundatis, agnoscere supereminentem scientiæ nostræ, nostrisque omnibus inquisitionibus, charitatem Christi? Ad hanc noticiam charitatis supereminentis scientiæ, vides quantam subiecti aptationem, per conſertionem virtutum & abiectionem vitiolorum, exigit Apostolus. Non esse autem eam charitatem, aliam à substantiali quæ Christus est, insinuat ibi Hilarius Diaconus; & verè Christus vsu suo loco infra dicam, est ipsamet dilectio supereminens cuius nostræ scientiæ.

63. Liqueat ex prædictis, puritatem animi quæ omnium vitiolorum abiectione & omnium virtutum adaptione cōtinetur, optimam esse dispositionem ad comparandam huius mysterij cognitionem. Sed si Patres audimus, nulla est ad hanc noticiam parandam dispositio congruentior humilitate; nullus huius doctrinæ obex fortior, tumore atque superbia. Insigniter id tradit S. Augustinus l. 10. de Civit. c. 28. & rursus c. 29. impugnans tunc superstitiosos Platonicos. Limbus capitis est. [Idè viluit superbis Deus ille magister, quia Verbum caro factum est, & habitavit in nobis; ut parum sit miseris quod ægrotant, nisi se in ipsa ægritudine etiam extollant, & de medicina qua sanari poterant, erubescant. Non enim hoc faciunt ut erigantur, sed ut cadendo gravius affligantur. Prodidisse se Christum in hoc mysterio lilium conuallium, id est humilium, notat ad eandem mentem Philippus Abbas lib. 1. in Cant. cap. 19.]

Qui propositæ regulæ non conformantur, id est qui vitæ puritate ad huius Solis contuitum non aptantur, periclitantur de subductione lucis hac in parte: quod filiis Iacob accidisse ob eorum improbitatem, notat Isido. Pelus. le pist. 365. verbis illis. [Cum Iacob qui futura se dicturum promiserat, præterita tantum filiis suis narraret, contra ea quæ pollicitus fuerat, haudquam incedebat: verum Dei digito sensus ipsius tactus est, eique vile silentium indicium est. Nam cum futuram ex ipsis diuinæ dispensationis Incarnationem eis exponere constituisset, eorum quæ proposuerat, oblivione captus est; commutatis videlicet iis, quæ nondum facta fuerant, cum ijs, quæ iam præterierant. Nam tu quidem, (inquit Deus,) cum mentem tanto mysterio dignam consecutus sis, haud abs te ne tibi quoque ipsius cognitio credita est: at isti hand patri parem pietatem habituri sunt.] Confirmat sequenti epistola 366. S. Isidorus, eam Iacobi hæſitationem, & iam memoriam diuinitus iniectam, testimonio Isaïæ ex

cap. 40. [Isaïas (inquit) Prophetarum omnium apertissimus, cum ipsius Iacobi hæſitantiam animique perplexitatem exponeret, eamque, in quam incidere, institui sermonis interruptionem (dum alia, quam quæ vellet, loqui iussus est,) his verbis vitur: *Ne dicas Iacob; & quid locutus Israel? abscondita est à Domino via mea, & Deus meus absulit iudicium, & abesse à me*. Nil enim Deus Iacobo, quem charum habuerat, eripuit, præter eam, de qua locutus sum, ipsius ad filios pollicitationem, ob pietatis reiectionem, quam in ipsis prospiciebat.]

Tales erant ij, quorum occasione monebat in hunc modum S. Augustinus, exponens psalmum 62. [Ergo in sancto appareamus Deo, ut appareat nobis. Appareamus illi in sancto desiderio, ut appareat nobis in potentia & gloria filij Dei. Multis enim non apparuit, sint sancto, ut appareat & illis. Nam multi putant illum tantummodo hominē fuisse, quia prædicatur natus ex homine, crucifixus, & mortuus, ambulasse in terra, manducasse, & bibisse, & cætera egisse quæ sunt humana: & putant illum talem fuisse, quales sunt cæteri homines. Audistis autem modò cum Evangelium legeretur, quomodo commendauit maiestatem suam. *Ego & Pater unum sumus*. Ecce quanta maiestas, & quanta æqualitas Patris. Descendit ad carnem propter infirmitatem nostram; Ecce quantum dilecti sumus antequam Deum diligeremus. Si antequam Deum diligeremus, tantum ab illo dilecti sumus, ut æqualem sibi Filium suum, hominem faceret propter nos, quid nobis seruauit iam diligentibus se? Ergo multi, nescio quid minimum putant, apparuisse in terra Filium Dei. Quia non sunt in sancto, non eis apparet potentia ipsius & gloria ipsius: id est, quia nondum sanctificatum habent cor, unde intelligant eminentiam virtutis illius, & gratias agant Deo, quia propter ipsos tantus quod venit? ad quam natiuitatem, ad quam passionem non possunt videre gloriam ipsius, & potentiam ipsius.] Nil autem procliuus, quam ut ab hac cæcitate circa potentiam & gloriam Dei, progressio fiat ad cæcitatem omnimodam supernaturalem, quæ continetur amissionem fidei, & deiectionem in statum illum, quem in plerisque specie externa Christianis, deſlere cogimur.

64. Periculum istud labandi & ruendi circa fidem, si vita nitens & pura, fidei non comitetur, rectè in hoc mysterio attigit Petrus Cellensis lib. 1. de tabernac. cum de arca. [Totum (inquit) Incarnationis Christi mysterium, ab æterno in mente diuina dispensatum: totum mutans ab oculis Sapientiæ Dei, opportunis figuratationibus in Patriarchis & Prophetis alligatum: totum, in ipso, nouissimis temporibus humiliter adimpletum: tam firmiter credimus, quam fideliter viuimus.] A stipulatum video Richardum Victorinum tract. de superexcellenti baptismo Christi, *sub medium*. Monet enim, circa hoc nominatim mysterium cauendum esse, ne quis licentiùs agens nec insistentem Sanctorum vestigijs, leptom morum commutat lepra doctrinæ, eaque sentiat & loquatur quæ corruptissima sint? [Non est mirum (ait de quibusdam circa hoc mysterium hallucinatis & peruersis locutis) si linguas habent leproſas, quorum manus sunt leproſæ. Quædam enim lepra vocalis est, quæ transit de membro ad membrum. Quid ergo mirum si præuè intelligent, qui malè viuunt?]

Obſignet hanc cautionem, inſigne S. Anselmi in hanc ipsam rem monitum lib. de Incarn. Verbi cap. 2. [Priùs ergo (inquit) fide mundandum est cor, sicut dicitur de Deo, *fide mundans corda eorum*; & priùs præceptum Domini custodia, illuminandi sunt oculi: quia *præceptum Domini lucidum illuminans oculos*; & priùs perhumilem obedientiam testimonium Dei debemus fieri paruuli, ut discamus sapientiam, quam dat testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.

Vnde

tia: Nonne ipsum illud acie intelligentiae lumen, stupor hebetis disipientiae occupabit? Non enim natura inferior, causam naturae potioris intelliget; nec subiacet humanae conceptioni, ratio caelestis. Nam intra conditionem infirmitatis erit, quicquid infirmi conscientiae subdunt. Excedit itaque humanam mentem Dei potestas, ad quam si se infirmitas protendat, magis infirma reddetur, dum hoc ipsum quod obinebat, amittit, potius ad obtundendam eam rerum caelestium natura, quia omnem eius confectans se pervincaciam, ipsa complexu eius maior, infirmat. Ut igitur sol ita videndus est, ut possit videri; tantusque excipiens lumine est, quantus admittitur, nec si plus velimus expectere, minus quoque quam possumus consequamur: ita & ratio caelestis in tantum intelligenda est, in quantum se permittit intelligi: in tantum expectenda est, in quantum apprehendendam se dedit; ne si contenti indulgentiae moderatione non sumus, amittamus indulta. Est ergo in Deo quod percipi potest: est planè, si modò quod potes, velis ceterum si ultra quam potes, speres, id quoque quod potuisti, posse non poteris. Nondum intemporalis natiuitatis illius Sacramentum mouebo; competentis loci est ille tractatus. Interim mihi assumptae carnis mysterium, in verbis est.

S. Basiliius homil. de hum. Christi generat. [Taceant curiosi, & in Ecclesia Dei, superuacanea vestigare desistant. Laudentur quae nobis concessita sunt: At de quibus ratio omnino non redditur, ne vestigentur.]

Nazianzenus orat. 1. de Theolo. [De quibus & quoniamque d' sperandum? De his solum, quae ingenij nostri modulum, atque auditoris captum non excedunt: ne alioqui ut nimia vocis intentio, atque inmodicus cibus, aures & corpore labefactat: Itemque facinae viribus grauioribus, ac crebriorum pluuie tetram opprimunt: ita etiam auditores questionibus grauioribus ac durioribus oppressi atque confecti, pristinas quoque vires amittant.] Idem est de seruatione per proprium studium.

68. Gaudentius tract. 14. qui est de promissione Paracleti, *sub finem*, perpulchre in hanc rem disserit. Quia verò ex eo aperit proficit Chrysologus serm. 141. sat erit istum ad lucere. [Magnum (inquit Chrysologus) Dominicae natiuitatis Sacramentum fide percipe, quia ne minima quidem operum Dei, assequi poteris sine fide, dicente Scriptura: *Omnia opera eius in fide*. Sed tu hic totum vis ex ratione constare, ubi totum consistit ex fide quod tamen non sine ratione subsistit, sed ratione Dei, non tua, homo. Quid tam rationabile nisi, ut Deus quicquid voluerit, possit? Qui quod vult non potest, Deus non est.]

Theodorus Ancyranus homil. in Natale Saluato. tomo 6. Conc. Ephes. cap. 10. [Sed dixeris, quomodo fieri potest, ut Deus Verbum homo fiat? si diuinorum miraculorum modus verbiq; incomprehensibilitas à nobis posset comprehendi, miraculum utique non esset, sed res secundum naturam. Quod si verò opus patrum signum, aut miraculum fuerit, facti rationem miraculorum auctori relinque. Quod enim Deus Verbum natus est, nosse te volo, lucrumque per natum nobis oblatum, fide percipere te iubeo: quomodo autem natus sit, id natiuitatis architecto relinquo. Si tu medico praecipienti credis, salutemque tuam arti permittens, medicinae rationem curio: è non perquiris: sed neque alius quispiam artis rudis, artificis rationes anxè inuestigat, sed opus ipsum agnoscens, facti rationem arti committit; quomodo tu omnium diuinorum miraculorum vias modosque, persequari eniteris.] Et mox [Quapropter nec amplius ad humanae naturae infirmitatem respicias; neque dixeris: Quomodo humana natura potuit Deum capere? Quomodo Deus, homo est factus? Quomodo Deus

Verbum, in carne visibili apparuit? Sed id, quod factum est, simpliciter crede; facti autem modum & rationem, factoris scientia relinque.]

S. Maximus homil. 1. de Natali Dom. [Frates, generatio Christi si narrari non potest, credi potest; si lingua deficit, fides proficit. Magnus enim profectus est fidei, cum tantum de Deo suo concipit, quantum sermo non potest parturire. Cauere, dilectissimi, ne quando vos de his incredulitas moueat: quia si homo non valet explicare quod sentit, Deus sine dubio potuit implere quod voluit. Et perabsurdum est, fratres, ut ineffabilem Deum, infirmissimo fragilitatis nostrae sermone pensemus. Amentiae res est, ut operationes maiestatis immensae, inter exigua corruptibilis oris nostri contemur verba concludere. Quomodo enim comprehendere potest homo Deum facilius ingenitum, mortalis aeternum?]

69. Eucherius homil. 1. de Symbolo. [Non cogites, nec intra te dicas: quomodo aut quo ordine hoc fieri potuit? diuina opera, non discutienda sunt, sed credenda. Non te confundat, nec crepidum faciat rerum nouitas, sed sufficiat tibi omnipotens auctoritas, sed sit pro luce rationis, magnipotencia conditoris. Non caneris, si non subiacet sensui tuo ordinationum caelestium magnitudo: excedit diuini officij dignitas humanae mentis angustias. Quid sibi speciale, quid proprium referuat incóprehensibilis illa maiestas si semper cōprehendere possit sapientia hominis, altitudines caelestium secretorum? Quisquis ergo ille est qui obscurorum profunda, non fide, sed curiositate miraris, hoc potius in lingua cordi tuo, ut diuinas dispensationes quanto difficilius inuestigare te videris, tanto reuerentius admittis. Quid haberent superna praeciosum, si nostrae familiariter scientiae subiacerent? Et idè quanto minus capis operis intellectum, tanto magis dispensatoris mirare consilium.]

S. Anselmus lib. de Incarn. Verbi c. 2. [Nullus Christianus debet disputare quod Catholica Ecclesia corde credit, & ore confitetur, quomodo non sit: sed semper eandem fidè indubitanter tenèdo, amando & secundum illam viuendo humiliter, quantum potest quætere ratione quomodo sit. Si potest intelligere, Deo gratias agat: si non potest, non immitat cornua ad ventilandum, sed submitat caput ad venerandum. Citius enim potest in se confidens humana sapientia, impingendo, cornua sibi euellere, quam imitando, petram hanc euellere.] Consule eundem Anselmum lib. 2. episto. 41. *in fine*.

S. Bernardus serm. 2. de annunc. modestissimum & sapientissimum consilium merito ab omnibus imitatione exprimendum, & hoc canone expressum inuit [Abyssus planè (inquit) imperscrutabilis, incarnationis Dominicae Sacramentum, abyssus impenetrabilis, *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*. Quis cum inuestiget: quis attingat, quis apprehendat? Putens altus est, & in quo hantiam, non est mihi: Verum tamen solet interdum, superposita puteis humectare lineamina, vapor exhalans. Propterea sanè licet irrumpere vercar, propriae conscientiae infirmitatis, frequenter tamen velut super os huius putei, expando ad te Domine manus meas, pro eo quod anima mea sicut terra sine aqua tibi. Et nunc liquidem, quod ascendente deorsum nebula, tenuis eiberit cogitatio, vobis fratres, est modicum illud sine inuidia communicare curabo, velut expresso lineamine, vel exigua refundentes caelestis stillicidia rosis.]

70. Helychius in c. 16. Lenit. tractans interdictum quod ibi fertur ingrediendi semper ad arcam, ait prohibitionem illam pertinere ad arcam mysticam quae Christus est, curiosam scrutationem, qualem adhibent qui circa hoc mysterium plus volunt sapere quam oporteat sapere, nec sapiunt ad sobrietatem.

Petrus

varia instrumenti veteris loca, quibus perspicue asseritur vnum aliquem verum hominem, simul fore verum Deum. Proponunt ea loca Clem. Rom. 5. constit. c. ultimo S. Cyprianus lib. 2. ad Quirinum. Novatianus l. de Trinit. à c. 9. Eusebius l. 7. de demonstr. & seqq. Et recentioribus præter Porchetum, Finum, Galatinum, aliosque Hebræorum flagellatores, Armacanus toto l. 2. de qq. Armeno. Mendoza q. 6. posit. A Costa lib. 4. de Christo teuel. c. 6. Bellarm. l. 1. de Christo c. 5. Molina 1. p. q. 27. artic. 1. disp. 2. Fixum igitur esto, Christum vnum ac eundem, geminæ tamen esse substantiæ, diuinæ scilicet & humanæ. [Catholica fides, ait S. Augustinus tract. 36. in Ioan.] ex utroque verum tenens quod tenet, & prædicans quod credit, & Deum Christum intellexit & hominem credidit: vtrumque enim Scriptum est, & vtrumque verum est. Si Deum tantum dixeris Christum, potentiam negas qua creatus est, vtrumque igitur tene anima fidelis & cor catholicum: vtrumque tene, vtrumque crede, vtrumque fideliter confitere. Et Deus Christus est, & homo Christus. Qualis Deus Christus? æqualis patri, vnum cum patre. Qualis homo Christus? De virgine natus; trahens de homine mortalitatem, non trahens iniquitatem. [Quia verò hic est totus nodus, & tota caligo propositi ænigmatis, vt intelligatur quomodo idem possit simul esse Deus & homo, inquitendum superest in eum modum, auditis & expensis varijs eius interpretationibus.]

SECTIO II.

[Ænigmatis propositi enodationes falsa, per priscos & nuperos Sectarios, subiuncta earundem explosione.]

74. **Q**uamvis tanta sit propositi ænigmatis caligo quantum dixi, non est tamen desperanda eius discussio, quantum licere potest per vitæ huius dubiam lucem. Et quia vt proximè dicebam, cardo huius difficultatis vertitur in exponendo quomodo idem possit esse Deus & homo (ceteræ enim præteritæ contradictiones in hac vna radicanur; & hac implexitate sublata, reliquæ manebunt expeditæ,) ideo in hanc vnam conferenda est opera, prolatis primùm ac discussis hostium fidei circa eam dictis à vero alienis, tum subiecta vera sententia. Scitè prosper. p. 2. de promiss. c. 6. hos fidei hostes, ait esse leprosus in barba, quia eum lacerant, in cuius barbam descendit vnguentum diuinum. Exarsit in hac parte nequitia eorum atque malignitas, supra modum. Neque tamen est quod ad eos deplendos appellens animum, timorem eorum timeam. Rectè enim monuit Cassianus l. 7. de Incar. c. 1. [Non timeamus præteritas hæreticorum insidiantium foveas, & obseptas spinis passim horrentibus vias: quæ cum aspernent magis itinera quàm claudant, de emundatione nobis potius labor quàm de possibilitate formido. Quia cum nobis agentibus rectum iter, infirmè se obijciant, & horreant ambulantis magis quàm obstit, plus habet officium atque opus nostrum in purgatione quod agat, quàm ex difficultate quod timeat.] Iure verò subdam cum eodem Cassiano, ad simile certamen se accingente. [Igitur ad monstrosum illud lethiferi serpentis caput mittentes manum, & pertractare omnia admodum illigata ingentibus spiris tortuosi corporis membra cupientes: te, quem semper precati sumus, etiam atque etiam Domine Iesu precamur, vt des nobis Verbum in apertione oris ad destructionem munitionum, cogitationes destruentes, & omnem altitudinem extolentem se aduersum scientiam Dei: vt capriuemus omnem intellectum in obedientia tua: quia verè ille liber sit, qui ceperit tibi esse captiuus.]

CAPVT I.

Enodatio prima, Marcionis & Manetis, Verbum esse factum carnem, & Deum hominem, apparenter tantum, ac in speciem.

75. **P**rimò ergo aliqui vt ænigma propositum enodarent, docerentque quomodo Verbum factum esset caro, idemque esset Deus & homo, non videntes quomodo ista verè ac re ipsa præstari poterint, eò deuenerunt vt dicerent, humanitatem à Verbo assumptam, non fuisse veram sed tantum imaginariam. Sic enim præcluduntur difficultates superius motæ ex secutura mutatione Verbi, & inuehenda in eum potentialitate. Nihil quippe tale timendum erit, si humanitas assumpta non fuit ens verum sed imago duntaxat & apparens fictio, siue phantasia.

Phantastici Christiani, quibus Verbum non nisi phantastice caro factum.

Scitè S. Leo serm. 15. de passio. Phantasticos Christianos appellauit eos qui ita senserunt. Meminit eorum S. Ignatius episto. ad Trallianos *sub medium*, aitque illos fuisse *quasi atheos*. Eorundem idem meminit S. Irenæus lib. 5. c. 1. Primiuerij fuisse videntur, Cerdæ ex Tertulliano lib. de præscr. c. 51. & Marcion vt idem refert l. de carne Christi per quinque prima capita; hoc primū Marcionis argumentū adducens c. 3. quod cum Deus sit inconvertibilis, non potuerit verè homo fieri, ne per eam conuersionem in hominem, de immutabilitate deijceretur. Vides in Marcionem eiusque gregales cadere, quod dixit Novatianus lib. de Trinit. c. 18. [Totum Christo susceptum detraxerunt hominem, ne decoquerent in illo diuini nominis potestatem.] Addit Tertullianus ibidem c. 4. argumentum exortus humani spiritus Deum dedecentibus. Quid quod Apostolus ipse, similitudinem humanitatis, atque adeò non veram humanitatem, Christo tribuit?

76. Ad Marcionis phantasma, accessere Montanistæ ex Socrate lib. 7. c. 32. In Perside, Xaroës & Arphaxad Magi, in eodem ceno sunt volutati, vt ait Eusebius serm. 1. contra Catharos, Neminem latet quid in eadem regione senserit Manes, eiusque Sectatores Nimirum ipse quoque, humanitatem tantum imaginariam Christo assignauit. Aliter quidem Manetis errorem refert Acacius episto. ad Petrum Fullonem, sic scribens. [Manichæus cum omnino negasset vnigenitum Dei filium & virginalem partum, dixit Spiritum sanctum in specie columbæ descendisse de celis in Iordane flumine, & ex aquis incorporatum fuisse, & homines illustrasse, & cruci affixum fuisse & mortem pro nobis sustinuisse.] Verum communis sensus, aliter refert Manetis errorem eiusque gregalium. Illorum aliquando parlatius D. Augustinus, suum tunc temporis de Christo sensum, tribuit Manichæis de Christo sententia conformem, his verbis exponit l. 5. confess. c. 10. [Ipsum quoque Salvatore nostrum vnigenitum tuum tanquam de massa lucidissima molis tuæ porrectum ad nostram salutem, ita putabam, vt aliud de illo non crederem, nisi carni concerneretur. Concerni autem & non inquinari, non videbam, quod mihi tale figurabam. Metuebam itaque credere in carnem natum ne credere cogerer ex carne inquinatum.] Scribit Vincentius Lyrinensis c. 20. commonito. quod huic expositioni erroris Manichæorum, bellè concipit; Nimirum eos cum Deum humanitatem suscepisse & personam in humanitate subsistentem factum audirent, ita id esse interpretatos, vt sensus sit sicut in theatris personam Regis refert qui reuera non est Rex; ita Deum quamvis verè homo non esset, dictum tamen